



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Liber V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)



IOSEPH
 VICECOMITIS
 DOCTORIS S. THEOLOGIE
 AC COLLEGII AMBROSIANI
 DE
 ANTIQVIS BAPTISMI RITIBVS
 ac ceremoniis.

Liber Quintus.

De more osculandi baptizatos.

CAP. I.

Ministri
 osculaban-
 tur bap-
 tizatos.



Aboluto baptismo, statim ministris
 baptizatis oscula figebat. Quod
 manifestè quidem S. Cyprianus
 significauit Epist. 59, ad Fid. Test.
 vbi simul cum cæteris collegis, qui Synodo
 interfuerant, redarguens opinionem eius, qui
 ferebat, ante octauum diem facto lauacro
 fantes admouendos non esse, quod eo tempore

propter contractas in vtero, ingenasque for-
 tes, nemo illos amplecti, & osculari, sine sto-
 machi fastidio, posset, sic inquit: Deus, personam
 non accipit, sic nec aetatem; cum se omnibus ad caele-
 stis gratiae consecutionem aequalitate librata praebeat
 patrem, nam & quod vestigium infantis, in primis
 partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti,
 quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari:
 nec hoc putamus ad caelestem gratiam dandam impe-
 ditum esse oportere: scriptum est enim: omnia mun-
 do mandis: nec aliquis nostrum id debet horrere, quod
 Deus dignatus est facere. nam, etsi adhuc infans a
 partu novus est: non ita est tamen, ut quisquam illum
 in gratia danda, atque in pace facienda horrere de-
 beat osculari: quando in osculo infantis unusquisque
 vestrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei
 manus debeat cogitare: quas in homine modo forma-
 tas, & recens nato quodammodo exosculamur: quan-
 do id, quod Deus fecit, amplectimur. ceterum, si
 homines impedire aliquid ad consecutionem gratiae
 posset, magis adultos, & proelectos, & maiores na-
 tu possent impedire peccata graviora. Haec ille:
 quae nisi osculandi consuetudinem receptissi-
 mam fuisse, ostenderent: vanum esset, pue-
 rorum sordes in medium afferre. placuit igitur
 Cypriano Fidi Episcopi errorem longio-
 ri Epistola refellere: ex qua etiam ego paulo
 plura transcripsi, ut intelligant lectores, o-
 scula non modo infantibus, verum etiam a-
 dultis, atque adeo ipsis foeminis impingi con-
 suevisse: propterea quod naturali infantum
 sordi opponit peccatorum saniam, qua gran-
 diores utriusque sexus misere inficiuntur: & ea

Tit. 1.

Oscula de-
 bantur et-
 tiam adul-
 tis, & fo-
 minis.

T t iij

Oscula cū
complexu,
atque in i-
mo pede fi-
gebantur.

Oscula si-
gnificabāt
gratiam, &
pacem.

Oscula
Symbolum
erant affi-
nitatis.

Propinqui
se mutuo
osculaban-
tur.

Oscula e-
iusdem fi-
dei com-
municatio-
nem indi-
cabant.

Oscula in-
figebantur
ex vulgari
salutationis
ritu.

Salutantes
se vicissim
osculaban-
tur.

cum complexu, atque in imo pede figi solent. Vestigio expressum est: ac demum eius monitionem fuisse, vt innueretur pax, & gratia, qui aqua lustrali tingebatur, cum Christo, & Ecclesia inibat; quemadmodum ex clausula, in gratia danda, atque in pace facienda. B. Ambrosio lib. 2. de penitent. cap. 3. & Epist. 33. atque S. Bernardo serm. 2. sup. Cant. apparet. Verum tamen est, alias quoque ratione commode assignari posse, velut si qui admet, cognationem spiritalem, quæ minime cum iis, qui abluuntur, intercedit, significatum esse, more veterum seruato, apud quos, vt Tertulliano lib. de veland. virgin. & cap. 4. Apologet. Arnobio lib. 2. aduer. gent. S. Ambrosio lib. 3. de virgin. Hadriano Turnebo lib. 2. aduersar. cap. 27. Polydoro Virgilio lib. 4. inuentor. rer. cap. 13. Beato Rhenano in Tertullian. lib. de veland. virgin. Iacobo Pamphilo ibidem, & Casare Baronio ad ann. Christ. 394. propinquitatis osculis colebatur: aut eiusdem fidei communicationem indicatam: quod a S. Athanasio Ep. de Synod. Arim. & Seleuciæ dicitur: vel tandem ad vulgarem salutationis ritum pertinuisse: vt cum sacrarum originum vigesimo nono Iacob puellam Rachel, & Leban Iacob, primo Regum secundo Ionathas, & David se vicissim, Marci decimo Christus puerulos, Mat. vigesimo sexto Iudas Christum, & Actor. vigesimo Christiani Paulū osculati fuerunt. qui mos & ab eodem Paulo ad Rom. 16. & 2 Cor. 13. præceptus fuit: & nunc in multis

regionibus, præsertim apud Anglos religiose
 servatur. Neque audiendi sunt, si qui dixerint,
 scilicet figendi consuetudinem, quod a solo Cy-
 priano tradita sit, peculiarem Carthagini, aut
 in Africa fuisse. Nam & S. Cyprianus eo lo-
 co de omnibus infantibus sine vlla regionum,
 aut locorum circumscriptione loquitur, cum
 ait: *nulli hominum nato misericordiam Dei, &*
gratiam denegandam: & ea Epistola, teste S. Au-
gustino cont. 2. Epist. Pelag. cap. 8. communi-
teraginta sex Episcoporum, qui Concilio in-
terfuerant, sententia ad fidum Episcopum
conscripta fuit: quos omnes eiusdem provin-
ciae fuisse, & de vna solum statuisse, rationi cõ-
sentaneum non est. præterquam quod falsum
etiam est, solum Cyprianum eam consuetudi-
nem docuisse, cum S. Augustinus lib. 4. cont.
2. Epistol. Pelag. cap. 8. ex eiusdem Cypriani
sententia apertissime illam agnoscat, dicens:
ne humani sensus horrorem, quo dedignantur homi-
nes recentes ab utero paruulos osculari, creatoris ipsius
interposita veneratione compeſcat, & corrigat, dices,
in illius aetatis osculo recentes Dei manus esse cogitan-
das, & infra, nunquid, quia metuens animas cuius-
libet aetatis perire, etiam ante diem octauum liberan-
das esse sacramento baptisimi, cum collegarum conci-
lio indicauit, ideo nuptias accusauit, quandoquidem
in infante, siue de coniugio, siue adulterio, tamen quia
homo natus est, recentes Dei manus dignas etiã osculo
pacis ostendit: Quibus locis amplius colligitur,
osculandi morem diu in baptisimi sacramento
durauisse: donec veteri simplicitate in fraudẽ,
& malitiam yerti cœpta, eum prudenti confi-

a Poly. Vir-
 gil. l. 4. c. 23
 Osculandi
 baptizatos
 consuetu-
 do cõmu-
 nis fuit om-
 nibus regi-
 onibus.
 Ritns oscu-
 landi bap-
 tizatos cur
 durauisse.
 defierit.

666 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer-
lio Patres ab Ecclesia sustulerunt. Cum occa-
sionem, & originem missam facio: ne Chri-
ni pudoris, & verecundia oblitus videat.

De susceptione post baptismum, abster-
sione, gratulatione, cantu, &
precibus.

C A P. II.

Baptizatus
in manum
dabatur su-
sceptori, &
a ministro
absterge-
batur,

EXplicata igitur osculi consuetudine,
reliquas caeremonias deinceps veni-
est: quarum prima erat, vt minister bap-
tum susceptori in manum daret, a quo de ma-
re sinistro brachio fultum, ipse adhibitis ma-
teis abstergeret quamobrem Tertullianus
clesiasticæ eruditionis parens, & magister
coron. milit. cap. 3. cum fortè in baptisimo
incidisset, suscipiendi morem post tri-
mersionem recensuit. quod argumento est
ceptionem inter solennes baptismi caeremo-
nias numeratam fuisse, sic enim ait: *de-
mergitamur, amplius aliquid respondentes, quo
Dominus in Euangelio determinauit. Inde scriptum
lactis, & mellis concordia præ gustamus.* Et Viti-
vticensis lib. 3. de persecut. Vandal. Elpidio
ri cuiusdam immane scelus, & flagitium re-
rens, qui Dei Ecclesiam acerbissime dimen-
bat, & variis superstitionibus credulas he-
num mentes in fraudem impellebat, eum
quiritia augenda, & amplificanda arguen-
tum hinc desumit: quod baptismali charactere

suscipitur, & à Muritta Diacono de sacro fonte
 susceptus fuisse: fuit (Victoris verba sunt)
 quidam, Elpidiphorus nomine, qui dudum fuerat
 in Ecclesia Faustii baptizatus, quem Vene-
 rabilis Muritta Diaconus de alveo fontis susceperat
 perierat. Post vero, dum apostataret, tanta exti-
 mationis adversus Ecclesiam Dei, ut superiorom-
 nium executor persecutionis fuisset inventus. Quo-
 rum etiam spectat illa Severi Alexandrini formula
 lib. de baptis. tum educit eum è medio aquarum,
 et dat eum susceptori suo. Et Albini Flacci lib. de
 Divin. Offic. cap. 19. de Sabbat. S. Paschæ:
 et autem surrexit à fonte suscipiatur ab ipso, à quo
 suscipiendus est. Et paulo post: sunt parati, qui eos
 suscipiunt, cum linteis in manibus suis: deinde
 accipiunt eos à Pontifice, vel diaconibus, qui eos bap-
 tizaverunt. Vbi quamvis nulla abstersionis
 mentio sit, tamen, ne superuacaneam linteo-
 rum appositionem gratis admisisse cogi-
 mur, ad abstergendum utique adhibita fuisse,
 fatendum est: præcipue quia cum susce-
 ptionis, tum abstersionis apud nos non leue
 vestigium durat: cum susceptor puerum à ma-
 nibus sacerdotis accipit, eiusque caput post-
 modum sacerdos abstergit. Quorum utrun-
 que quando primum obseruari cœptum sit, ex
 ipsa susceptoris, & nuditatis origine colligi po-
 test. Nam & susceptores à suscipiendis dicti
 sunt, & abstersio nudi corporis tinctionem
 consequitur. Interea vero qui adstabant, novis
 Christi militibus cumulatissimam omnium
 peccatorum indulgentiam confono clamore
 gratulabantur. Ex qua consuetudine Cyrillus

Præsentem
 omnium pec-
 catorum
 indulgen-
 tiam bap-
 tizatis gratu-
 labantur.

Hierosolymitanus catech. 1. mylagogad lo-
 ptizandos ait: prophetiam audite vobis dicitur
 lauamini, mundi estote, auferite prauitates vestras
 animabus vestris, coram oculis meis, ut angelus vo-
 bis chorus acclamare possit: beati, quorum membra
 sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
 S. Hieronymus lib. 3. aduers. Pelagian. et
 Irenaeus baptismi ritus explicaret, cuius quo-
 que meminit, dicens: de baptismatis fonte, in quo
 res, & regenerati in Dominum saluatorem, in
 illo, quod de se scriptum est: beati, quorum membra
 sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, fuerunt
 in prima communionis corporis Christi dicunt, & ad-
 mite nobis debita nostra, &c. Nec obicitur
 Seueri Alexandrini locus de bapt. cum inquit
 rum qui adsunt, res haec responsa dicunt: beati,
 quorum remissa sunt delicta, & quorum tecta sunt
 peccata. Quin & Beroldus in caeremoniali mo-
 nuscripto Ambrosiano multas antiphonas &
 psalmos enumerat, in quibus peccatorum re-
 piationis mentio fit: quos ad hanc confite-
 nem pertinere, certissimum est. Hinc etiam
 cantilena, quibusdam ad modulandum ca-
 meris adstricta, bis, ternè, ac saepius audire
 ad aures blandè, ac suauiter accidens, incre-
 bilem læritiam penitus in baptizatorum po-
 ctora demittebat. Qua de re S. Gregorius Na-
 zianzenus Orat. in sanct. Bapt. cum ipsis bap-
 tizatis ita loquitur: psalmorum cantilena, cum
 qua acciperis, illius hymnodia praeludium est, &c. Et
 Nicetas in eum locum: quod post baptismum
 te altare collocaris, futura vita gloriam, & propi-
 quitatem apud Deum indicat; psalmodia autem

Cantus post
 baptismū.

... & festiū illius seculi sonum, &c. Christiani etiam quidam pueri, cum Hebræorum puerū caelesti vada perluissent, solennium rituum haud ignari. composito ad pietatem agmine, cantantes proximum templum obiuerūt: scribente Nicephoro Callisto lib. 1. Hist. Eccles. c. 17. mysteria omnia absoluerunt: & circum vitium templum psallentes obambulabant. Nec vero baptizati diuino muneri contemplan- do, aut salutis procurandæ segnem operam nauabant. Nam ceteris, qua religio, qua pietas, in varia Christianæ charitatis officia sese certatim effundentibus, ipsi, positos humi genibus, atque oculis, manibusque in cælum cum attenta veneratione defixis, Deum enixè obtestabantur, vt illibatam innocentiae stolam, qua in baptismo egregiè decorati fuerant, ad extremum spiritum retinendi, suæ gratiæ munera liberatim impertiret. Quod (præter Authorē Constituit. Apostolic. lib. 7. cap. 44. & 45. Tertullianum lib. de bapt. cap. vlt. Seuerum Alexandrinum lib. de bapt. S. Gregorij Sacramentarium, & Ordinem Romanum) suo exemplo nobis declarauit B. Euty chius Patriarcha Constantinopolitanus, de quo apud Surium VIII. Non. April. ita legitur: narrabat enim vir optimus, cum ab suo ad sacrum baptismum ductus esset, ab eo didicisse, vt, cum baptizatus genua esset flexurus, ita precaretur: Bonam mihi mentem Domine elargire, &c. Præcipuè autem illam Dominicæ præcationis partem, quæ ad peccatorum expiationem pertinet, recitare solebant: vt est apud Authorem Constituit. Apostolicar. lib. 7. ca. 44. deinde

Oratio baptizatorū.

adstans, dicat orationem, quam nos docuit Dominus
& S. Hieronymum lib. 3. aduers. Pelagianum
pleto illo, quod de se scriptum est: beati, quorum membra
sunt iniquitates, & quorum reuera sunt peccata
eunt, & dimitte nobis debita nostra. Ex quibus
cile colligi potest, quam antiquam consue-
dinem sapiat, quod apud nos, infante bap-
to, susceptor, & minister, in genua proci-
bentes, Dei misericordiam, & sanctorum
nium opem, ac patrocinium impendere de-
cantur.

Litania
post bap-
tismum unde
originem
habuerint.

De origine baptizatos chrismate unguendi,
et usque causis.

CAP. III.

Chrismatis
unctio in-
stituta fuit
à S. Sylue-
stro Ponti-
fice.

HIs peractis, sacerdos summum bap-
tismum verticem chrismate ungebatur. De
origine, & initio (quamuis alij discrepent)
palam est; Syluestrum Papam, naturae con-
muni fragilitate impulsam, quod inuicem
post baptismum vitam immatura morte con-
cluderent, quibus absente Episcopo, & aliis
sicut fit, grauioribus curis distracto, diuina
confirmationis sacramentum dari non po-
erat, sacram istam unctionem instituisse, ut
linquente artus spiritu, penè iam animam re-
bant, in illo ictu supremi certaminis contra
thifera dæmonis tela egregiè muniti, victor
palmam facili negotio reportarent. Illius
vero huius rei testimonium præbent illa

mali Pontificis verba in Pontificali de Sylue-
 stro Papa: hic & hoc constituit, ut baptizatum li-
 niat presbyter chrismate, leuatum de aqua, propter
 occasionem transitus mortis. Quod etiam à Fortu-
 nato repetitum legimus lib. 1. de Eccles. Offic.
 cap. 27. in his verbis, in gestis Pontificalibus legi-
 tur: Sylvester Papa instituit, ut à presbytero ungeretur
 neophytus in cerebro. ita enim scriptum est: hic
 instituit, ut baptizatum liniat presbyter chrismate,
 leuatum de aqua, propter occasionem transitus mor-
 tis. & paucis interiectis; si quis sine isto chrismate
 migrauerit de saeculo, periculosum iter arripit. hoc
 prauidens Sylvester Papa: quantum potuit, subue-
 nit, & propter absentiam Episcoporum, necessitate
 addidit, ut à presbytero ungerentur. Nec aliter ac-
 cipiendus est Vualfridi Strabonis locus lib. de
 reb. Eccles. cap. 26. cum inquit: restantur hoc de-
 creta Innocenti Papae, & statuta Sylvestri: quia &
 ipse instituit, ut presbyter baptizatum chrismate li-
 niat, propter occasionem transitus mortis. Rabanus
 etiam Maurus eandem rem apertissimo testi-
 monio confirmat. sicut ex lib. 1. de Institut. cle-
 ricor. cap. 28. colligitur: legimus, ait, & in ge-
 stis Patrum, quod Sylvester Papa in Ecclesia Roma-
 na constituit, ut, sicut potestas, & priuilegium a-
 pud solum Episcopum constat, quod sacrum chrisma
 ipse conficiat, & baptizatum per manus imposi-
 tionem cum ipso chrismate consignet, propter here-
 ticam suasionem: ita presbyter eodem chrismate li-
 niat baptizatum, leuatum ex aqua, propter occa-
 sionem transitus mortis. Demum Rupertus Ab-
 bas lib. 5. de Diuin. Offic. cap. 16. superiores
 scriptores imitatus, ab iis ferè nihil discrepat,

eius enim verba hæc sunt: legitur autem in Pontificalibus, quod Sylvester Papa constituit, ut in praxatam linat presbyter chrismate, leuaturus quæ, propter occasiones transitus mortis, propter sententiam Episcopi, & difficultatem eum conseruare sine manus impositione baptizati mignit. Quæ ita se habeant, miror equidem, non modo hereticorum, ac religionum hostes infelicitate

Chrismatis Ioannem Vuicleum in articulis a Berno vntionem Vuildungensi collectis, Martinum Lutherum qui nega- lib. de Miss. angul. Ioannem Calinum in Instir. cap. 19. & Theodorum Bezam Epulum chrismatis vntionem sustulisse: verum etiam fidei Catholicæ acerrimos propugnatores, &

Liber, gē. ma animæ in scriptus, animæ inscribuntur, lib. 3. cap. 106. Ricardus est Honorij in Chron. anni post Christum natum 84. Guliellum Lindanum lib. 4. Panop. Euang. 25. Guliellum Durandum in Ration. Dign. Offic. atq; adeo Iacobum Pamclium in Epist. S. Cypria. ad Ianuar. Clementi I. Pontifici institutum tribuisse; cum ipse solum vntionem ante baptismum oleo, quod Catechumenorum vocant, ab Apostolis institutam, seu decreto confirmarit: quæ ab illa post baptismum chrismate per sacerdotem, & alia in Confirmationis Sacramento per Episcopos vntionem distinguitur. Quam distinctionem illi non adserentes veterum confuderunt testimonia, & vnã vntionem, quæ tribus diuersissimè competunt, retulere. Sicut ipsemet Pamclius fatetur, qui tract. de bapt. in Tertull. (ve lib. 1. contra

Chrismatis vntionis quidã Clementem Pontificem authorem faciunt.

constant hominum ingenia) contrariam sententiam amplexus, Syluestro primo institutionis laudem haud grauatè concedit. Si quis autem dicat, chrismatis vnctionem multo ante Syluestrum Papam institutam fuisse: quoniam SS. Dionysius Areopagita lib. de Eccl. Hierarch. cap. 2. & 3. Iustinus Martyr. q. 77. & Cyprianus serm. de vnct. chrismat. illius meminere: probarem, si vnus modo generis vnctionem in vsu fuisse, constaret. Verum, cum triplex vnctio adhiberetur, prima ante baptismum in pectore, & humeris, altera post baptismum in vertice, & tertia in fronte: sicut supra innuimus: scriptores vero citati nullam harum vnctionum distinctionem habuerint: adduci non possum, vt credam, secundum vnctionis genus intellectum esse; quod multis veterum scriptorū testimoniis repugnat. Præterquam quod librum Christianarū quæstionum a S. Iustino, & sermonem de vnctione chrismatis a S. Cypriano conscriptos esse, non ita perspicuum est; vt, si quis negare voluerit, illi iure succenseam. Occasio huius vnctionis instituentæ à Christi baptismo sumpta est; in quo Spiritus sanctus, qui per chrisma sanctitatem in nos infundit: columbæ in speciem celo demissus est; scribente Rabano Mauro lib. 1. de Institution. Clericor. cap. 28. bene quidem baptismo continuatur chrismatis vnctio: quia Spiritus sanctus, qui per illud chrisma suæ virtutis admixtione sanctificat credentes, baptizato Iesu, statim super illum in columbæ specie descendit: cuius videlicet typum præferebat columbæ illa, quæ in diluuisio ad

Triplex generis vnctionis in baptismo.

Liber Chr. quæst. an sit S. Iustini & sermo de vnct. chrismat. S. Cyp.

Occasio
unctio-
instituen-
di à Christi
baptismo
sumpta est.
Ramus oli-
uæ post ter-
rarum elu-
uionem
unctio-
nis fuit figura.
Vnctio-
nis causa fuit
imminens
mortis pe-
riculum.
Vnctio sig-
nificabat
regium, &
sacerdotale
genus.

arcam reportauit ramum oliuæ virentis, cuius
nificans vtiq; quod spiritus sanctus per unctio-
Vnctio-
nem in baptis-
mate virorem con-
teret fidem
caelestis gratiæ. Atq; ex his colligi potest vnctio-
nis figuram in oliuæ ramo, quem post terrarum
luuionem columba detulit, expressam insiden-
multis præterea scriptorum testimonio, præ-
sertim S. Gregorij lib. sacrament. de fer. in
cœn. Domi. super sedeam. Cæterum, vni-
nenti mortis periculo potior vnctio-
nis causa affigenda sit, alia tamen etiam rationes præ-
tificem ad hanc instituendam impellere po-
tuerunt. Quippe in animo verfabatur regium
& sacerdotale genus, quod ipsa christi-
vnctio significandi vim habet: vt nos in Chris-
sti veri regis, & sacerdotis familiam ad eam
adscisci, declararet. Sicut placet Isidoro Hi-
palensi lib. 2. de Eccles. Offic. cap. 23. cum
quit: quia genus regale, & sacerdotale sumus, ut
post lauacrum vngimur, vt Christi nomen tes-
mur: & Albino Flacco lib. de diuin. offic. cap.
19. tunc sacro chrismate caput perungitur, ut
gat, se diadema regni, & sacerdotij dignitatem
rare: & Iuoni Carnorensi serm. de sacram. ba-
pht. cum baptizatus de fonte ascendit. sacro
mate vngitur in vertice, vt cognoscat, se
esse in regium genus, & sacerdotale, id est, vt a Chris-
sti consortio vocetur Christianus: pluribusque aliis
quos prolixius persequi nolo, vt ledocretis
dio, atq; sarietati occurram. Identidem enim
subibat, explicandam esse Christi gratiam, quæ
in baptizati mentem infunditur: qua de re
Cyrillus Hierosolymitanus catech. 2. m. p. 1.

Vnctio sig-
nificabat
gratiã, quæ
in baptis-
mo infun-
ditur.

scribit his verbis: postquam ex aquis sacri lauarii
 descendimus, datum est chrisma, quod imaginem ge-
 nerat illius, quo unctus est Christus, corpus quidem isto
 visibili unguento perungitur, anima vero sancto, vi-
 sibilique spiritu sanctificatur. Et S. Augustinus li.
 de Trini. c. 26. in eandem sententiam inquit:
 visibili unguento perungitur Ecclesia, sig-
 nificatur donum gratiae. Necnon Aponius in Ca-
 pit. lib. 1. per sacri chrismae oleum in baptismo Spi-
 ritus sanctus infunditur. Quos imitatus, ut solet,
 Rabanus Maurus lib. 1. de Instit. Cleric. ca. 30.
 de unctiois causa ita differit: signatur baptiza-
 tum chrismate per sacerdotem in capitis summi-
 tate per Pontificem vero in fronte, ut priori unctioe
 significetur Spiritus sancti descensio, ad habitationem
 Dei consecrandam: nec mirum, si homo, bis eodem
 chrismate ad accipiendum Spiritum sanctum unga-
 tur: cum idem Spiritus bis sit ipsis Apostolis datus.
 Praeterea ad pugnandum fortiter contra frau-
 dis, & mendacii parentem hoc quasi simbolo
 baptizatorum animos accendi voluit, ducta a
 veteribus athletis, qui ante pugnam ungeban-
 tur, consuetudine. Ita enim sentiunt SS. Augu-
 stinus tract. 33. in Ioan. cum inquit: Christi no-
 men a chrismate dictum: hoc est, ab unctioe. ideo
 autem nos unxit Christus, quia luctatores contra dia-
 bolum fecit. Et Ioannes Chrysostomus homil.
 1. in cap. 1. Matth. vbi aperte significat post ba-
 ptismum acerrimam cupiditatis pugnam ad-
 uersus spiritum relictam esse, in qua contentione
 quia animo frangi, aut debilitari, Christia-
 num hominem non decet, chrismae unctio-
 nem institutam esse, ut robore, & fortitudine

Vnctioe
 chrismae
 ad pugnan-
 dum contra
 demonem
 baptizati
 inuitaban-
 tur.

aucta, in spiritali certamine vinlitter pugna
 re, & nequissimis hostibus resistere potest
 baptismum autem. inquit, necesse est, contra dia-
 lum stare, quoniam ad hoc quis que vngitur, et
 discatur in baptismo, vt contra tyrannum super-
 bellum, &c. Et homil. 5. in cap. 4. Matth. item
 argumentum ingressus, peccati fomitem
 tanquam incolam nostri corporis in domo
 lio membrorum hærere perpetuo, ac proprie-
 ea, post baptismum, chrismae vnctionem
 hiberi, ne domesticis, & intestinis hostibus
 fiduè oppugnati, in bello, ac certamine de-
 ciamus: baptismus autem signaculum fidei est, &
 quid miles post militiam signatur, vt iam sciat
 requiescat? Sed magis ante militiam, vt post
 militet, & laboret. Nã & athleta ante certamen
 gicitur, & luctetur: sic & homo spiritaliter idem
 chrismae vngitur: vt contra diabolum, quod
 tualis athleta luctetur. Quod si audire iuuat, qui
 nam S. quoque Augustinus de huius vnctionis
 causa senserit, age, Prosperum in huius res-
 stimonium accersamus, qui in sententia
 gustini sententia 342. pugnam, que quodam
 rectè agendi exercitatione contra demonem
 committenda est, ita commemorat: Christo-
 men à chrismate, id est, ab vnctione: quia idem
 Christianus sanctificatur, vt intelligat se non solum
 sacerdotalis, sed & regia dignitatis esse conferentem
 atq; etiam contra diabolum fieri luctatorem. Rota-
 nus vero Maurus lib. 1. de instit. Cleric. cap. 1.
 eandem causam indicare voluit: cum chris-
 tis vnctione virorem, hoc est, vires ad pugnan-
 dum tribui, dixit: spiritus sanctus per chris-

unctionem in baptisate vigore confert fidelibus
 celestis gratia. Nec ab re fuerit opinari, cœlitus
 lauitas suauitates, & solatia, quę singuli bap-
 tizantimo mentis sensu percipere debent, in-
 dicati voluisse: cum S. Ioannes Chrysostomus
 Homil. ad Neophyt. ita scribat: *ut scias nostra-*
rum partium spectatorem, peruide, quomodo nos tan-
quam suos unxit oleo letitia: & in sacrament. S.
 Gregorij de fer. 5. in cœn. Dom. cum chrisma-
 tis consecrandi precario refertur, positum sit:
om oleo letitia præ consortibus suis ungendum: idē-
que in Ordine Romano de die Iouis sancti in
 benedictione olei, & balsami legere possimus:
oleo exultationis præ partibus suis liniunt. Quod
 profectum est à communi omnium gentium
 more, quę in rebus lætis ungebantur, sicut sex-
 centa diuini eloquij, & veterum Patrum testi-
 monia declarant. Alię etiam rationes addi pos-
 sunt: veint homines post baptismum Christo
 capiti tanquam membra connexos esse, & co-
 palatos, eaq; re Christianos à Christo, & Chri-
 stum à chrismate appellati: ut est apud Sma-
 ragdum in Epist. in sabb. Pentec. *baptizatorum*
capita chrismate liniuntur, ut in regno, & sacerdotio
Ecclēsię Christiani nominis prerogatiuam accipiant,
& eius membra, qui eos redemit, effici queant: æ-
terna salutis hæredes institutos esse: quod ex
 ipsius unctionis forma, *liniit te chrismate salutis,*
 apertę colligitur: cœlestis gratiæ cumulo, san-
 ctique spiritus donis, ac charitate augeri: scri-
 bentibus Rabano Mauro lib. 1. de Institur.
 Clericor. cap. 28. *Spiritus sanctus per chris-matis*
unctionem in baptisate vigorem confert fidelibus

Vnctio læ-
 titiæ argu-
 mentum ce-
 rat.

Gentiles, &
 Hebræi læ-
 titiæ tēpore
 ungebatur.



caelestis gratia; & Iuone Carnotensi sermo de Sa-

crament. dedicat. oleo sancto uncti fuerunt in corpore.

Ut charitas, qua per Spiritum sanctum datur, se-

perabundet in corde, secundum illud verbum scri-

pturae: oleum de capite tuo nunquam deficiat: et in-

terit: de quo apud Albinum Flaccum libro de

Diuin. offic. cap. 17. legimus: *chrismatis con-*

unctio significat iam uiuentes ex mortuis: in hanc

Euangelij nuper editos esse: quod Romanos

caens natos unguento delinirent: aut eis post

baptismum vires contra daemones accessis-

se: cum oleum in primis animi, corporis, et

gorem tueatur. Quarum rerum testimonia

apud Tertullianum de carne Christi, Contra

Rhodiginum tom. 3. pag. 118. & 551. multa

pressionem Parisiensem, & Alexandrum

secundum lib. 1. de moribus cap. 8. lector videre

poterit. Mihi enim in rebus ab aliis scriptis

immorandum non est; & multa superius

scribenda, quae ad plenam unctionis traditi-

onem magis attinent.

Nudos chrismate delibutos fuisse; & Graecos ritibus
in multis corporis partibus unctiorem ad-
buisse; Latinos vero nequaquam.

CAP. IV.

Vngeban-
tur nudi.

IN primis totius corporis nudatio se-
fert: mirus ritus, & in quo affirmatio mo-
rito mea fides laboraret: nisi complures ad ge-

peris mores, & manifesta veterum Patrum testimonia omni me suspicione mendacij apud aequos rerum aestimatores eximerent. Inter alios Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. tradit, ipsos baptizatos, post vnctionem, statim suis vestibus indutos. Ex quo sequitur, inter vngendam nudos fuisse: tunc, inquit, educit eum e medio aquarum, & dat eum susceptori suo, & vngit omnia eorum membra, & manus, & pedes, & naves: cum demum iuduuntur suis vestimentis. Et Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 19. penitus idem præcipit, scribens: ut autem sursum a fonte, faciat presbyter signum Crucis de chrismate cum pollice in vertice eius; tunc suscipiatur ab ipso, a quo suscipiendus est; postea vestitur infans vestimentis suis. Et rursus ibidem, cum plerosque baptisimi ritus accuratè recenseret: postquam Pontifex baptizauerit, vel quibus iusserit ipse, leuât ipsos infantes in manibus, & offerunt eos vni de presbyteris ipse vero facit Crucem de chrismate cum pollice in vertice eorum, dicens: Deus omnipotens, &c. qua finita, sunt parati, qui eos suscepturi sunt, cum leuatis in manibus suis, deinde accipiunt ipsos à Pontifice, vel diaconibus, qui eos baptizauerunt, postquam vero vestiti fuerint, deportantur ante Pontificem ad confirmandum. Id ipsum etiam verisimile esse, constabit: si quis, vnctionem in multis corporis partibus, sicut disiuñctis, vertice, fronte, auribus, naribus, pectore, manibus, & pedibus Græcos adhibuisse, meminerit. Nam cum his ferè partibus vniuersum corpus constitutum sit, verisimile est, totum eodem modo, quo partes, affectum

V v iij

Vnctio in
quot cor-
poris parti-
bus adhi-
beretur a-
pad Græ-
cos.

fuisse: cum vero partes, quae ungebantur, partibus caruisse, non dubitemus: sequitur, totum corpus nudum unctiōi subiectum fuerit. Sed, quia multas corporis partes christum delibutas fuisse, dictum est: testimonio confirmabo, ne vanitatis coarguar. Igitur aduocemus S. Cyrillus Hierosolymitanus, qui carere mystagog. unctiōis aurium, narium, & peccoris ita mentinit: deinde vero aures unguuntur, ut audiendum diuina mysteria aures accipiant: pedes naves, ut diuinum recipientes unguentum, odor Christi gratus odor est Deo in his, qui saluantur: unguentum vero & pectus inungitur: ut in aui thoracem patetia, fortiter aduersus insultus diaboli consistat, nec cuiquam dubium videri potest, quin hic locus de unctiōe chrisimatis, quae post baptismum fiebat, intelligendus sit: cum in catecheticis aures, & aures sputo, pectus autem oleo, non vnguento muniri solita essent. Vt tamen et diuina lux afferatur, Seueri Alexandrini auctoritatem adiuciam lib. de baptism. vbi acti, & solerti ingenio vir, sui temporis ceremonias explicare aggressus, huic unctiōi quasi materiam, in qua exerceretur, totum corpus subiectum fuisse, tradit: tunc, inquit, educit eum ex medio aquarum, & dat eum susceptori suo. & unguentum omnia membra, & manus, & pedes, & nates, & cetera. Ex quibus verbis tamen nulla eius consuetudinis ratio colligi potest: tamen S. Cyrillus Hierosolymitanus eam partim indicauit: & pleniorē quis attulerit, si affirmet, ea re fideles admonitos esse, ut contra demonem dimicaturi, firmissimo praesidio, sui corporis arcem

Cur omnes
corporis
partes chris-
mate unge-
rentur.

indique praeunirent. Nam, sicut unctioe pugnam cum Diabolo acriter committentem inuitatos fuisse, capite antecedenti probatum est: sic plurium partium unctioem eundem pugnae acrius, & maiori contentione pugnae argumentum extitisse, putandum est. Graecorum autem fuisse consuetudinem, quoniam citati scriptores graeco idiomae conscripserunt: atque in Graecia nati, & educati fuere: cum nullus Latinorum uspiam meminere. Quamobrem ab Ecclesia Romana receptam non fuisse, crediderim.

Consuetudinem ungenti totum corpus Latini non receperunt.

Unctionem à Latinis semel, à Graecis ter peractam esse; in unctiois forma tertiam personam exprimi solitam; deque unctiois ministro, & loco, de ritu verticem obuoluendi, unctioem octo diebus seruandi, tum gossipio abstergendi: ac de tremissibus pro chrismate accipiendo à singulis sacerdotibus olim Episcopo datis: Vbi data occasione Cathedralitici, quod vocant, soluendi consuetudo, & multa alia ad chrismatis usum pertinentia declarantur.

C A P. V.

Multa quoque sunt alia, in quibus Latini à Graecis discreparunt: sed illud praecipue, quod nostri semel unctioe consignabant: quemadmodum veterum testimonia, & usus ostendunt: Graeci autem tribus vicibus unctioem adhibuerunt: ut est apud Seuerum Ale-

Latini semel, Graeci ter ungebant.

xandrinum lib. de bapt. tribus vicibus ac per
te sancto, &c. In ceteris plerumque utraque

In vñtio-
nis forma
Latini, &
Græci ter-
tiam perso-
nam expri-
mebant.

clesia continet: quorum exemplum a firmo
petere possumus: in qua tam Latini, quam
Græci tertiam personam modico sane dila-
mine expresserunt. nota enim sunt verba
Ecclesiæ auctorum verba; Severi Alexan-
di. de bap. ob signatur talis N. in nomine Patris
S. Gregorij lib. sacrament. de sabb. Paschali
omnipotens, pater Domini nostri Iesu Christi
regeneravit ex aqua, & Spiritu sancto, qui
tibi remissionem omnium peccatorum, & in
chrismate salutis in vitam æternam. Fulberti Ca-
notensis Episcopi Epist. ad Adeodat. qui
baptizantis verba ministri patenter in
qui regeneravit ex aqua, & Spiritu sancto, ipse
nit chrimate salutis: Ordinis Romani de
sabb. S. ipse vero presbyter facit de chrimate co-
cem cum pollice in vertice eorum, ita dicens: De-
omnipotens, &c. ipse te linir, &c. & Amalarij
runati lib. 1. de reb. Eccles. cap. 27. plurimum
aliorum, quæ, quoniam sine longa oratione
afferri non possunt, silentio proflus immolantur.

Forma vñ-
tionis ve-
tus nostræ
quæ simil-
lima.
Crucis si-
gnum cum
pollice fie-
bat inter
vngendum.

Expandat modo lector, quæ citavimus
non solum, veterem vñtionis formam no-
stræ quam simillimam fuisse, intelliget: ve-
rum etiam Crucis signum pollice in ea
ctum esse. cuius quidem rei veritas aliorum
quoque Patrum testimonio comprobatur
quemadmodum eorum monumenta decla-
rant. Nam Sanct. Gregorius lib. sacrament.
de Sabb. Pasch. hanc consuetudinem pre-
clarissimè expressit, ita inquit: In

erexit à fonte, ille, qui eum suscipit, offerat eum
 presbytero, qui faciat signum Crucis de chris-
 mate cum pollice in vertice eius. Et Albinus Flac-
 ces lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de sabb. S.
 Palch. ferè eadem ait: *Ut autem surrexit à fon-
 te, faciat presbyter signum Crucis de chrismate cum
 pollice in vertice eius. & mox infra: postquam
 fuerit baptizatus, vel quibus inusserit ipse, le-
 uent ipsos infantes in manibus, & offerunt eos uni
 de presbyteris. ipse vero facit Crucem de chrisma-
 te cum pollice in vertice eorum.* Vbi illud anim-
 aduerfione dignum occurrit, etiamsi Episco-
 pus baptismi sacramentum administrasset, ta-
 men vnctionem à presbytero fieri solitam
 fuisse: credo ob commodiorem baptismi v-
 tionem, ne Episcopus, cui baptizandi munus af-
 figurarum erat, caeremoniarum cura disten-
 tas, sacris baptismi muneribus impertiendis
 sufficere non posset: praesertim cum, adoles-
 cente Christianorum Ecclesia innumeri homi-
 nes certis anni diebus baptismate suscepto in
 Christi ius, ditionemque concederent. Quod
 quia nostris temporibus receptum non est:
 propterea, qui baptismi sacramentum confert,
 etiam caeremonias peragere solet. Cæterum
 chrismatum vnctio in fonte baptismali fiebat,
 auctoribus S. Gregor. lib. sacrament. de sabb.
 Palch. & Albino Flaeco l. de Diuin. Offic. c. 19.
 Posteaquam vero inuncti fuerant, presbyter
 panno caput obuoluebat, ne vnctio deleteretur.
 quod & à Concilij Belluacensis Patribus cap.
 121. significatum est his verbis: *si quis voluerit
 chrismate pannum iterum linire, & super alium*

Vnctionis
 minister e-
 rat presby-
 ter.
 Cur vnctio
 à presbyte-
 ris fieret.

Vnctio fie-
 bat in bap-
 tisterio.
 Vncti pan-
 no vertice
 obuolue-
 bant.

Vnctio ser-
uatur octo
diebus
in capite.

Festa, ac
solemnis
Penteco-
stes cele-
britas octo
diebus agi-
tabatur.

Conse-
tu-
do caput
obducendi,
& Chri-
ma
conseruandi
sublata est.

Vnctione
gossipio
abstergē li-
mos quan-
do ince-
perit.

baptizatum mittere: non est absurdum: & ex
tiam colligi potest, quoniam vnctio octo die-
bus in capite seruabatur: vt Albinus Plac-
indicauit lib. de Diuin. Offic. cap. 21. de
in Alb. quanto autem tempore generaliter ab
fia celebratur aduentus spiritus sancti super Ap-
stolos, tanto tempore debet seruari vnctio
quo loco chrisimatis in capite conseruandi-
pus Pentecostes celebrati comparat: qua
cto diebus late, & solenniter agitabatur: qui
autem nobis (si modo in sacris ritibus aliquid
profecimus) persuasum esse debet, chrisimatis
conseruationem in panni inuolucro positam
fuisse: quoniam hoc eiusdem chrisimatis car-
institutum est. Clarius autem eius conser-
dinis mentio ab Amalario Fortunato facta
lib. 1. de Ecclesiast. Offic. cap. 29. vbi de bap-
zatorum caremoniis hæc inquit: postquam
telligere, quod talia debeant esse opera nostra
pore, qualia sunt vestimenta ablutorum, san-
& candida. Et sicut ab illorum capite oleum non
fuit per octo dies, ita nunquam charitas ex mentis
stra deficiat. baptizati enim albi a veste alba
quam ferebant, appellati fuere. Nos tamen
nec panno caput obducimus: nec chrisima
conseruare solemus: verum ad vnctionem ab-
stergendam gossipio vtinur. quam conser-
dinem post Albinus Placii tempora in car-
autumo: cum adultorum baptismus desit: in
maxime quod post eius ætatem nulla conser-
ria consuetudinis mentio incidit. Ac de ritibus
rerum sacrarum, quatenus ad chrisimatis
vnctionem pertinet, quid obseruauerit anti-

...itas, hæc, quæ breuiter perstrinximus, suffi-
cient. Restaret, ut de ipsius chris-matis materia,
benedictione, cæterisque huiusmodi aliquid
dicerem: verum de his volumine secundo erit
proprius differendi locus: cum sacra Confir-
mationis cæremonias persequar. nunc, quæ
maxime ad hunc locum pertinent, significare
satis fuerit. Primum est, singulis annis pref-
biteros, quibus baptizandi cura commissa e-
rat, chrisma à suis Episcopis accepisse. quod
declarant verba Concilij Valentini Gallia de-
creto sexto, à Seuerino Binio ex decretis Gra-
tiani, & Iuonis nouissime adiecto: *presbyteri,
qui diocesanas Ecclesias regunt, non à quibuslibet E-
piscopis, sed à suo, non per iuniorem clericum, sed per
se ipsos, aut per illum, qui eiusdem ordinis sit, ante
Pascha sollemniter chrisma petant: Concilij Va-
lentini secundi cap. 3. per singula territoria pres-
byteri, vel ministri ab Episcopis, non (prout libitum
fuerit) à vicinioribus, sed à suis propriis, per annos sin-
gulos petant chrisma, appropinquante sollemnitate
Paschali, nec per quemcunque Ecclesiasticum, sed, si
qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, per sub-
diaconum: quia inhonorum est, inferioribus summa
committi. Optimum est autem, ut ipse suscipiat, qui
intradendo usus est. Si quid autem obstat: saltem
vicarius officium est, sacrarium disponere, & sacra-
menta suscipere: Montani Episcopi Toletani
epist. ad frat. territor. Palent. qua Garthas Ioai-
læ tomum secundum Conciliorum nuper au-
xit: an forsitan sanctorum Patrum regulas, & consti-
tutiones Synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur Pa-
schenses presbyteri non per viliores personas, sed aut*

Chrisma
singulis an-
nis presby-
teri ab E-
piscopo ac-
cipiebant.

per semetipsos, aut per rectores sacrariorum
vicibus chrisma à Presidente sibi Episcopo
credo, quod qui petere iusserunt, petentem
erandi penitus abstulerunt; & paulo post
tempus Paschalis festivitatis advenit, si
petendum impossibile est, datis literis
re debetis: & nos sacri huius liquinis
rimus transmittere gratiam: Concilij Bracaren-
secundi cap. 4. placuit, ut modicum balsami
benedictum pro baptismi sacramento per
tur, quia singuli tremisses pro ipso exigi solent
ulterius exigatur: & Concilij Vuormacen-
cap. 60. quæ ex Synodi Valensis secundæ
bis mutuata, cum iisdem plane conveni-
Plura vero ad idem confirmandum testi-
nia & mox afferemus, cum in reliquis ad
ma pertinentibus versabimur, & iam
mus, non solum ut accipiendi chrisma

Presbyteri
ipsi, vel
Diaconus,
aut subdia-
conus chris-
ma accipie-
bat.

Chrisma
nonnum-
quam ad
presbyte-
ros trans-
missum.
¶ Paro-
chrisma ab
Episcopo,
non à Præ-
positis ac-
cipiebant.

fuerudo constaret; verum etiam quod et
alia scitu dignissima colliguntur: velut, pre-
byteros, vel, iis quidem morbo, aut alia re
peditis, Diaconum, vel Subdiaconum ad ac-
cipiendum chrisma convenisse; nonnumquam
ipsum chrisma ad presbyteros transmissum
se: & omnes, qui baptismum administraverunt
erant, chrisma ab Episcopo, non, quemadmo-
dum nunc, à Præpositis accepisse. quorum
priora quidem ita manifesta sunt, ut alia re-
plicatione non indigeant: tertium vero
ijci potest ex verbis Concilij Valentini, pres-
byteri, qui diocesanis Ecclesiis regunt, Concilij Va-
lensis, per singula territoria, & Montani, Presby-
tes presbyteri. certum enim esse debet, alias

delias ab iis, quæ præpositis creditæ erant, in
 singulis dicecibus fuisse: territorium dici vni-
 versitatem agrorum, quæ intra fines cuiusque
 populi continetur: & Parochos non modo ip-
 sos præpositos, sed etiam alios presbyteros, in
 singulis vicis, ac castellis animarum curationi
 præfectos, merito appellari potuisse. Nisi ve-
 nus eam sententiam amplecti, quam libro
 primo significavimus, in solis Ecclesiis pleba-
 nis olim baptismum administratū fuisse: quod
 omnis animarum curatio ad Præpositos delata
 esset. Ex quo sequitur, solos Præpositos ab E-
 piscopo chrisma accepisse, quia soli baptisma-
 tis conferendi causa eo indigebant. quam o-
 pationem verisimilitudine carere, non arbi-
 tror. sed, ea posita, adhuc superest quærédum,
 quando consuetudo, quæ nunc viget, in Eccle-
 sia instituta fuerit, ut Parochi chrisma quo-
 tannis à Præposito accipiant. quod tunc acci-
 pisse puto, cum Parochiæ ab Ecclesiis plebanis
 distinctæ, diuersaque vtrisque prædia, & annui
 redditus assignati fuerunt. cuius perfecta cog-
 nitio, quia ex beneficiorum origine pendet,
 tandiu sustinēda est, quoad de illa scribere ag-
 grediar. Alterum, quod hoc loco tractare mi-
 hi proposui, est, quo die presbyteri chrisma ab
 Episcopo acciperent, nec dubitandi locus re-
 linquitur, quin quinta hebdomadæ sacrosan-
 ctæ feria chrismati accipiendo præfinita esset:
 si quis Concilij Valentini, Valentis secundi,
 & Montani verba, superius allata, diligen-
 ter animo reperere voluerit. veruntamen
 clarius eius rei testimonium suppeditat,

Quando
 ceperint
 Parochi
 chrisma à
 Præposito
 accipere.

 Feria quin-
 ta hebdo-
 madæ sacræ
 chrisma ab
 Episcopo
 accipieba-
 tur.

Sanct. Martinus Bracarenfis Episcopus in
 lectione canonum orientalium can. 11. dicit
 inquit : omni tempore Episcopo licet chrisma
 cere, & per suas dioceses destinare : ita ut ad
 gendum chrisma diaconus, aut subdiaconus ante
 Pasche de singulis Ecclesiis ad Episcopum delinere
 verba enim, ante diem Pasche, de Pascham
 uigilio intelligi non possunt : quia, cum et
 Baptismus celebrari soleret, chrisma per
 cipere oportebat, ut baptizare volentibus
 esto esset : eo magis cum multa cuiusque
 cessis oppida ab vrbe longe distarent, ut eorundem
 die chrisma presbyteri accipere, ipsoque
 non possent. Quamobrem restat, ut ad
 diem Paschati proximum referantur : quod
 feriam quintam hebdomadae sanctioris
 diximus : quia eadem chrisma solennibus
 piscopi precibus consecrari solebat, & tunc
 ab iisdem Episcopis quotannis accipitur. Pa
 rochi tamen chrisma Paschatis per uigiliam
 Præpositis accipiunt. cuius consuetudinis
 titium factum est : cum chrisma a Præpositis
 accipiendi mos obtinuit. constituto enim
 quod supra est probatum, quinto quoque
 hebdomadae augustioris die chrisma Præpositis
 ab Episcopis accepisse, Parochi alio die, quam
 qui Paschatis solennia præcurrit, illud a Præ
 positis accipere nequiverunt : quia nec sexta fe
 ria, redempto orbi dicata, unquam chrisma ac
 ceptum fuisse, legimus : & Paschatis per uigiliam
 Parochis chrismate opus erat, ut eo baptiza
 torum verticem linirent. cuius sane argumen
 ti vim eo maiorem esse oportet, quod sacro
 sancto

Parochi
 chrisma à
 Præpositis
 accipiebāt
 Paschatis
 per uig. lio.

sanctis Ecclesiae, veterumque Patrum decretis
 notum erat, nouum chrisma quotannis adhi-
 bere: vt & à Concilio Sabinensi demonstra-
 tum est cap. de baptis. illis verbis: *sacri confectio*
chrismae solis Episcopis, eorumque successoribus est
concessa, & ab eis est annis singulis celebranda, à qui-
bus etiam omnes Ecclesiarum Rectores, in suis diocesi-
bus constituti, nouum chrisma, iuxta praeceptum ca-
nonum, debent recipere, & contremato veteri, nouo
no: & multis aliis scriptorum testimoniis pa-
tebit: cum de chrismae consecratione, & ad
pertinentibus volumine sequenti tractabi-
tur. Sed tertium etiam accedit ad perfectam
huius vnctionis cognitionem magnopere ne-
cessarium: quod veteri consuetudine recep-
tum erat, vt a singulis sacerdotibus, qui chris-
mae accipiendi causa in Ecclesiam prima-
tiam conueniebant, tremisses exigenterentur, qui
mos à Concilio Bracarensi secundo significa-
tus est, ab eodemque sublatus cap. 4. vbi ait:
placuit, vt modicum balsami, quod benedictum pro
baptismi sacramento per Ecclesiam datur, quia à sin-
gulis tremisses pro ipso exigi solent, nihil ulterius exi-
gatur: ne forte, quod pro salute animarum per in-
uocationem sancti Spiritus consecratur, &c. Ex quo
videre possumus, eam consuetudinem prohi-
bendi causam fuisse, ne res diuinæ pretio addi-
ta esse viderentur. Sed, quoniam eadem con-
suetudo instituta erat, vt, presbyteros Episco-
po subiectos esse, constaret: ne tam religiosi
instituti memoria penitus interiret, alius mos
veteri persimilis inuentus est, vt singuli Pa-
tochi certam pecuniam (quæ cathedraticum

noouo chris-
 mate bap-
 tizatorum
 verticem
 vngi, mos
 erat.

Chrismae
 accipiendi
 causa à sin-
 gulis sacer-
 dotibus tre-
 misses exi-
 gebantur.

Cur pro
 chrismate
 accipiendo
 tremisses
 exigi, veri-
 tum fuerit.

Cur pres-
 byteri Epi-
 scopo tre-
 misses pro
 chrismate
 persolue-
 rent.

Cathedra-
 ticum, quod
 vocant sol-
 uendi con-
 suetudine
 & quando
 instituta.

appellatur) in Synodis Episcopo periclitante
quo à me alibi plura dicentur: si de sacra
Conciliorum origine, ac caeremoniarum
tempus supererit. Nunc, quod restat
materia, docebo, morem, qui apud nos
tur, vt Parochi, vel eorum nomine Diaconi

Chrismatis
magna cū
religione
domum de-
ferendi an-
tiquitas.

subdiaconi vè chrisma domum cum manu
religione deferant, antiquissimum esse. Notandum
in Concilio Antisiodorensi cap. 6. hanc
fuit, vt chrisma non sine sacro vase, & linteis
instar cœlestium mortalis hominis peccata
deportetur: vt (Concilij verba sunt) presbyter
chrisma petant; & si quis infirmari decessu-
nre non potuerit, ad Archidiaconum suum, vel
chisubdiaconum transmittat, sed cum chrisma
linteo, sicut reliquie sanctorum deportari solent.
nodus autem Vuornatiensis sacri quidam
fis, & lintei mentionem omisit, verum
ma, non minus, quam diuinis sanctorum
uias, externo pietatis religiosæ officio
præcepit cap. 60. dum inquit: per singulas
soria presbyteri ab Episcopis, non, prout
rit, vicinioribus, sed à suis propriis per
hos petant, appropinquante solennitate
per quemcunque Ecclesiasticum, sed, si qua
aut presbyterorum, aut diaconorum occupati
subdiaconum; quia inhonorum est, inferre
ma committi. optimum est autem, vt ipse
qui eo in tradenda usus est: & sicut reliquie
etorum deportari solent, ita deportet. Atque
etiam aliorum Conciliorum decretis conuenit
sed præcipuè Prouincialis Tertij Mediolanen-
sis, Diocesani secūdi, ac alius eiusdem Ecclesie

...rit. ac Car.
...po periculis
...r: si de sacro
...rem omni
...quod restat
...i apud nos
...norme. Dicit
...m cum man
...num esse.
...cap. 6. hanc
...vale, & hanc
...minis pagana
...a lami, pro
...uare deo
...m sum, et
...m christi
...vortis. Sicut
...ncri quidem
...verum
...anctorum
...officio dicit
...per singulos
...rou. hanc
...per. ac
...ate. Pa
...si qua
...scipar
...ferri
...i ipso
...reliqua
...Atque
...reus
...Mediolan
...dem Eccl

...ntis, quibus, vt chris
...ntis vascu
...lum in Be
...clia cer
...to consti
...tuto loco
...religiose af
...benda.

De veteri candida vestis in baptismo usu.

CAP. VI.

Nunc ad vestem candidam venio : cuius
tor antiqui scriptores meminerunt, vt
non tam mihi laborandum sit, quibus testi
monis fidem inueniam, quam diligenter ca
tendum, ne, si omnia persequi velim, aut re
rum multitudo mensuram capitis excedat, aut
fastidium legentibus fiat. In primis Arator
lib. i. histor. Apostol. cum de multis hominum
millibus, a S. Petro baptismali caractere in
fignitis, verba faceret, *niveos*, hoc est candidos,
ob vestem candidam, quæ illis data fuerat, ap
pellauit. Aratoris versus hi sunt:

*Agmine iam niveo per millia quinque virorum
Ecclesia crescebat apex*

Et S. Dionysius lib. de Eccles. Hierarch. cap.
de baptis. ipsum baptizantis ordinem ritè per
sequens : vestem albam nobis haud obscure
significat his verbis : *in tribus eius, qui iniciatur ;
demersionibus, emersionibusque trium diebus beati
tudinis personarum nomina appellat, & inuocat : ac
ipsumque eum sacerdotes & sponsori, & duci via
permittunt, eundemque cum veste eo digna induerit.*

X x ij

Christi
...tis vascu
...lum in Be
...clia cer
...to consti
...tuto loco
...religiose af
...benda.

Vestis can
...dida bap
...tizatis da
...batur.

rursus ducunt ad Hierarcham. Et tursus ibidem
 deinceps eum, qui iniatur, illustribus vestimen-
 tiis. Quibus locis vestem eo dignam per-
 dida, & illustres pro albis esse positum, me-
 diana luce clarius est. Nec minor emendatio
 in Constantini Magni exemplo posita est, quae
 caelesti luce oborta, cum magnitudinem lau-
 rum scelerum a qua aestimatione perperit
 post afflictatum inedia, cilicioque corporis
 iuges lachrymarum riuos cum densis grem-
 profuentes, mentemque in plurimas pro-
 effusam, baptizatus à Syluestro, vestem can-
 didam induit. Quemadmodum ipse testatur
 in edicto ad Syluestrum; cum inquit ad
 beatissimus idem Syluester, pater noster, archiepi-
 scopus, indicit nobis penitentia temporaria in
 latium nostrum Lateranense in vno altare, ut de-
 nibus, quae a nobis impie peracta, atque inuoluntate
 sita fuerant, vigilis, ieiuniis, atque lachryma-
 orationibus apud Dominum Deum nostrum
 Christum Saluatorem veniam impetremus. Ita-
 de per manus impositionem clericorum ego ad
 sum praesulem veni. ibique renuncians Satanae, om-
 nis, & operibus eius, vel vniuersis Idolis meae
 credere me in Deum patrem spontanea voluntate
 professus sum; benedictoque fonte, illic me trinitate
 sione vnda salutis purificauit. leuatoque me de
 rabili fonte, induto vestibus candidis, septies
 gratia sancti spiritus consignationem adhibuit
 Chrsimatis vnctione. Ac quidem Lactantius
 mianus, ipsi Constantino aequalis, cum de
 Paschatis caeremonias innueret, eam, de
 surrectione. Domini, die cecinit;

Candidus egreditur nixidus exercitus undis
ibi candidi nomen ad vestem albam, quæ bap-
tizatus dabatur, referri oportere, perspicuum
est. & rursus ibidem:
Fulgentes animas vestis quoque candida signat.
Et grege de niueo gaudia Pastor habet.
Securus est hunc B. Cyrillus Hierosolymitanus
catech. r. mystagog. vbi occasione vestis albæ,
docens baptizatos ad veram, solidam que vir-
tutem, ac perpetuū vitæ, ac conscientiæ splen-
dorem ita hortatur: *exuris vestibus antiquis, &*
quæ sunt secundum spiritum alba, indutis, per-
petuam in albis incedere oportet. non hoc ideo dici-
mus: quasi, alba te semper vestimenta habere, sit
neesse: sed quod his, quæ vere alba, splendida, &
spiritualia sunt, vestiri te, oporteat. Eodem spe-
ctant S. Ambrosij verba lib. de iis, qui myste-
ris iniciantur cap. 3. cum, vestem candidam, a-
nimi a peccatorum turpitudine abducendi, vi-
te quæ melioris instituendæ symbolum esse,
declarat: accepisti (ait) post hæc, vestimenta candi-
da, ut esset inditium, quod exueris inuolucrum pec-
catorum, indueris innocentie casta velamina: qui e-
nim baptizatur, & secundum legem, & secundum
Evangelium videtur esse mundatus. S. autem Hie-
ronymus Epist. 57. ad Damas. clarè ostendit, se
ad diuinæ potestatis vicarium, ac ministrum
consilij causa confugisse, vt, vnde Christi vesti-
menta, hoc est, vestem candidam, Christianæ re-
ligionis indicem, susceperat; inde bene, beate-
que viuendi præcepta; quæ animi alimenta
sunt, hauriret: mibi (ait) cathedram Petri, & si-
dem Apostolico ore laudatam, consui consulendam,

inde meæ animæ postulans cibum unde vitam
 vestimenta suscepi. Item Epist. 72. ad eundem
 de baptismo, quem susceperat, & loco
 morabatur, certior reddens, hæc in
 re iam scripsi, Christi vestem in Romanis
 piens, nunc barbaro Syria limite tenens. Et Epist.
 128. ad Fabiol. de vestitu sacerdotum, cano-
 nicam Christianam, & religionem in ho-
 num pectoribus serere, & amplificare
 studio insisteret, albæ vestis memoriam
 baptismi candidatis ante oculos posuit,
 tanquam segete, & materia virtutis, in
 mandatorum Dei non mediocriter probere-
 rent. Sic enim scribit: præceptum Dei lau-
 mus; & cum parati ad indumentum Christi-
 cas pelliceas deposuerimus, tunc induemur
 nihil in se mortis habente, sed tota candida, in
 baptismo consurgentes, cingamus lumbos in
 te, indumentum autem Christi, & vestem
 ad hanc, quæ vestis candida dicitur, demo-
 strandam pertinere, certissimum est: cum ho-
 mines in baptismo Christum induere, & ve-
 stem candidam ex lino confectam fuisse, pe-
 suaissimum sit. De quo ne cui dubitandi
 locus superesset, idem Hieronymus ita
 dam, postmodum appellavit. Quod si hæc
 Hieronymi autoritas, & aliorum Patrum
 quos citavimus, loca candidæ vestis vestem
 aperte docere videantur: addemus alia
 lium scriptorum testimonia, quæ nullo
 in dubium vocari possint. S. quidem Io. Chry-
 sost. Homil. in Psal. 118. Christianorum genus
 à perduto vitæ genere ad meliorem frequen-

inducere aggressus, ita inquit: *habetote tunicam
mandam, sicut accepistis in baptismo; nullus eam ma-
luerit moribus suis; nullus prauitate cordis scin-
dauit eam pulchritudinem vestis: talem accepistis
vestem in baptismo, qualem habuerunt Angeli, qui
sepeliebant Dominum in sepulchro: quia, sicut nix, ita
erat vestis eorum.* Quid Fortunatus poeta? po-
natu[m] is de tantorum consensu Patrum sui iu-
dicii calculum subducere? sic vero lib. 4. de
habitis ad Christi fidem adductis:

*Undique raptam manu lux cerea prouocat astra,
Credas ut stellas ire trahenda comas.
Tallens hinc vestis color est, hinc lampade fulgor
Ducitur, & vario lumine picta dies.*

Sed prætereunda non est hoc loco S. Ioannis
Damaseni sententia, quam explicatam reli-
quit in Iamb. Tetrast. de Epiphania: vbi ad
fidem Christianam, baptismique susceptio-
nem inuitans, canit:

*Albanunc induatur veste mortalium
Natura, lapsu iam excitata Olympico:
Flas per undas mystici baptismatis
Tumpe priorum criminum abstergat notas.*

Quin etiam Amalarius Fortunatus ad hanc
consuetudinem manifestè respexit lib. 1. de Ec-
cles. Offic. c. 3. cum baptismatis administrandi
tempus assignat. Quod ne gratis à me dictum,
quispiam existimet: eius verba subiungere, ope-
re pretium duxi: *tempore, inquit, Pentecostes Ec-
clesia toto orbe nouos semper Deo populos per aquam
regenerationis aggregare consuevit: quousque al-
bis induuntur stolis, & nitorem purificata men-
tis splendore habitus demonstrat.* Sed in te

apertissima nimium longus fui. reprimam
que me: & plura desideranti exis, quae
bus sequentibus dicenda sunt, testimonia
geram. Cum enim perfectum, & conciliatum
fuerit, cuiusvis ætatis, & ordinis viri
dam vestem datam fuisse, rationesque affe-
tur, cur dari solerent, & alia ad ministerium
mam, materiam, & vsum pertinentia cla-
plicabuntur: si ad antiquitatem omnia res-
tantur: nihil præterea requiri poterit.

*Vestem candidam etiam infantibus, ac aliis
quacunque dignitate præditis essent, olim
fuisse: eandem servos in dominorum baptis-
duere solitos: & candidis aulis in
baptismo templorum parietes ornatas esse.*

C A P. VII.

Quamobrem de primo iam, sicut præ-
foram ordo postulat, dicere in cipi-
nullum enim veteris consuetudinis non regu-
rum fugit, olim vestem candidam etiam in-
fantibus tributam fuisse. Quod præclare
statatur B. Gregorius Nyssenus orat. 3. de sacro
festo Paschæ, ubi puerum vestis mutatione
teriora gaudij signa, quæ mente, & cogitatio-
ne non potest, præbere, docet his verbis: *pas-
lus infans mutatione vestis sensu externi se-
lit; quandoquidem interiori animi sensu non
potest.* Ac, ne longius exempla repetam, S.
Hieronym, cum adhuc puer Romæ baptis-

*Vestis can-
dida etiam
infantibus
dari sole-
bat.*

designaretur, vestem candidam assumpsit; scri-
bente Adone Treuirensi in vita ipsius: apud
Iherosolimam Iudæ de presbitero sancti Hieronymi presbytere
hic natus in oppido Stridonis, quod Dalmatia
quædam, Pannoniæque confinium fuit, patre Euse-
bio, vestem Christi puer Romæ suscepit. Est autem
Christi vestis, ea, quam qui baptismo addice-
bantur, rinduere solebant, ideo sic appellata,
quod baptizati à satanæ seruitute ad Christi fi-
dem, obsequiumque traducuntur. Et Paulinus
Nolanus Epist. 12. ad Seuer. post præclaram
Ecclesiæ constructæ, ac baptisterij mentionem,
de candida puerorum veste inquit:

Vnde parens sacro ducit de fonte sacerdos

Infantes niveos corpore, corde, habitu.

Accedit Gregorij Turonensis testimonium li-
b. 1. hist. qui, Ignomerum Clodouei Francorum
regis filium, dum albam vestem ferret, inter
parentum manus, & lachrymas expirasse, tra-
dit in hæc verba: baptizatus autem puer, quem Ig-
nomerum vocitauerunt, in ipsis, sicut regeneratus
fuerat, albis moritur. facile enim argumentari
possumus, Ignomerum, si paulo post baptismum
veste candida indutus, à terreni, & caduci re-
gni miseris ad cœlestis, & æternæ felicitatis
gaudia feliciter euolauit, eandem vestem in
baptismo suscepisse; cum aliud suscipiendæ
vestis tempus excogitari non possit, & ibi re-
generationis, hoc est, baptismi non obscura me-
tio fiat. Cui non dissimile exemplum suppedi-
tant Acta S. Ludgeri Episcopi. Is enim, cum
Frisia bis Christi sacra impie deseruisset, in
omnem occasionem à veræ religionis, Chri-

S. Hiero-
nimo bap-
tismus, pa-
tria, & pa-
rens.

stianæque fidei septis abductas oues reuen-
 di, & aberrantes suis, vel alterius humeris
 tas ad ouile perducendi, animo excubans
 cum quendam ob receptam vtriusq; huma-
 nitatem, mira in Deum, & superos omnia
 obseruantia, singulorum domos celetiter
 errate, iussit, eo consilio, vt fidem nationum
 mulieres, quarum ingenium ad credendum
 esse facilius, nouerat, eorum infatulos, de
 inferis capita, in Dei filiorum libertatem
 tismi munere affereret. Cuius ille iussu libe-
 ter obtemperans, duos de viginti in hanc
 solita quadam suavitate spiritus, & mentis
 gore baptizauit. Sed non diuturnum illud
 dium fuit. Quippe ipsis diebus, quibus aliam
 vestem ferebant, pleriq; ad paratas man-
 & præmia migrarunt in cælum. Actorum
 ba hæc sunt: octodecim infantes baptizati
 omnes in albis defuncti sunt, exceptis duobus
 sanctus sacerdos pace reddita, sancti spiritus con-
 fessione, & manuum impositione firmavit. Similiter
 est, quod Ioannes Moscus scribit in prælo
 cap. 207. puellam, Christi stipendiis additam
 cum alba veste induta in publicum prodierat
 omnibus, qui eam nouerant, suscepti bap-
 tismatis argumentum, præbuisse. At eam
 mentes ergo puellam baptizauerunt, & alba
 ta, rursus ab iis subuecta est: quam cum de-
 euauerunt. Vicini ergo cum ita illam albam
 tam viderent, dicunt ei, quis te baptizauit
 collati baptismi coniectura, ex candida ve-
 stis susceptione facta, vix, ac ne vix quidem
 subsisteret: nisi candida vestis in baptismum

solita esset. Quibus mirè congruunt S. Grego-
 rius humeris in verba lib. sacram. in ordine baptismi infan-
 tum: *Vestitur infans, dicente presbytero: accipe
 vestem candidam, &c.* Neque repugnat Aimoi-
 ni testimonium lib. 4. histor. Franc. cap. 1. de
 Theodeberti filio, adhuc in albis, rebus huma-
 nis exempto: *Theodeberti filius in albis noua re-
 operatus adhuc constitutus, innocentem exhalauit
 spiritum.* Hoc enim exemplum, sicut Ignomeri
 quod supra citatum est, apertè declarat, veste
 candidam in baptismo susceptam esse: cum e-
 ius delatio susceptionem consequeretur. De-
 niq; Methodius Constantinopolitanus lib. de
 his, qui abnegarunt per diuersos modos, pueris,
 qui coacti, à fide Christiana defecerunt, si post-
 modum meliorem mentem induant, iuxta ac
 baptizatis, vestem candidam tradi, præcipit his
 verbis: *si puer quidam apprehensus fuerit, & ab-
 negarit seu metu, seu ignorantia, & inscitia, is pro-
 prietas preces septem diebus accipiat, & octauo
 die lauetur, & à lauacro linteo accinctus, chrismate
 inungatur, ut solent inungi, qui baptizantur, & se-
 rat vestes nouas, secundum ordinem illorum, qui ba-
 ptizantur.* Ex quibus, cum vestes nouas pro albis
 politas esse, colligimus: quia nullæ baptismatis
 vni aptiores inueniri possunt: tum eas pueris
 baptizatis tributas fuisse, perspicuum est: quod
 delationis, quæ ex susceptione pendet, & or-
 dinis illorum, qui baptizantur, mentio fiat.

Vestis alba
 dabatur
 omnibus,
 quacunque
 dignitate
 præditi es-
 sent.

Reperio insuper, cuiusvis generis homines,
 etiam Regia, vel Imperatoria dignitate con-
 spicuos, huic consuetudini obnoxios fuisse.
 Nam, præter Constantini Magni, Ignomeri,

700 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.
& filij Theodeberti exempla, superius allata,
etiam Archadio, & Honorio, eorumque nepo-
tote ex sorore, priusquam remissionis lauerentur,
abluerentur, abstractis à sensibus, atque alta
animi contemplatione defixis, tres viri videlicet
se obtulerunt, candidas vestes gestantes,
quibus post baptismum induerentur. Quod de
re Simeon Metaphr. in vita S. Epiphani. Con-
stant. Episc. ita scribit: cum ingressi autem essent
baptisterium, ut illuminarentur ab Epiphano, et
omni exhibito ministerio, ingressus est primus Archadius:
qui quidem ante se habuit tres viros vestes ge-
stantes candidas, & tenentes Epiphaniam, unum
quidem à dextris, & unum à sinistris, & alterum
pane. Is autem magno timore est affectus, cognovitque
Epiphanius ex vultu Archadij, quod viderat visionem,
& dixit Imperatori: Attende tibi o fili, &
caue. solebat enim Epiphanius neminem mutare in
piscinam, donec aqua turbaretur. Postquam vero
illuminatus Archadius, illuminatus fuit etiam Honorius,
& eandem quoque vidit visionem. Similiter
etiam filius sororis eorum. Idem fertur de filio eius
Theodosio Iuniore. Quemadmodum Marcus
Gazensis Diaconus tradit: quem citat Barn-
nius ad ann. Chris. 401. erat vere, inquit ille, pro-
pe infantem, qui portabatur, ipse quoque Imperator
Archadius, vultum habens hilarem, & nihil
magis, quam ea, quam gestabat, purpura. Insuper
ex proceribus portabat puerum in splendida veste.
Beda etiam lib. 2. Hist. Angl. de vita & gestis S.
Paulini Episcopi Eboracensis refert, Ostridum
& Eadfridum Regis Eduini filios, cum, Per-
no Christianæ disciplinae præcepta, & Euane-

gely veritatem promulgante, iam per baptis-
mum, veluti palmites, Christo insiti essent, vix-
dom sumptis albis vestibus, ingenti omnium
dolore, e vita excessisse. Ita enim habet: Pauli-
nus autem ex eo tempore sex annis continuis, sicut,
eque ad finem Imperij regis illius, verbum Dei, an-
nuncie, & fauente ipso, in ea prouincia predicabat,
undebanique, & baptizabatur, quotquot erant pra-
ordinati ad vitam aeternam, in quibus erant Osfridus
& Eadfridus filij regis Edurni, qui ambo ei exuli na-
tissimi de Quenburga Regina progeneri, Edilhim, &
Edultridis filia, & alter filius Busefrea: quorum pri-
mi albari adhuc, rapti sunt de hac vita. Illud itidem
constat, seruos, & aulicos (gratum cernentib.
spectaculum) in suorum dominorum baptis-
mo vestes candidas induisse. Quod expressum
videmus in Theodosio Iuniore, quem, post re-
generationis mysterium, infinita hominum
multitudo, vestibus albis induta domum de-
dixit. Sicut videre est apud Cæsarem Baroniu-
tom. 5. Annal. vbi profectionem Ioannis Ca-
sareæ Palestinæ, & Porphyrij Gazensis Episco-
porum ad urbem Constantinopolim, propter
celeberrimi templi Maræ Idoli euerisionem,
Marcus Gazensis Diaconus ad Imperatorem
Archa dium scribit his verbis: baptizato Iuniore
Theodosio, & ab Ecclesia egresso in palatium, lice-
bat rursus intueri decorem eorum, qui præerant mul-
titudini, & Vestem eorum resurgentem: erant enim
omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse niue
repleta. Quin etiam templorum parietes can-
didis aulæis magnificè ornabantur: scribente
Gregorio Turonensi lib. 2. hist. Eccles. cap. 31.

Vestem al-
bam induc-
bant etiam
serui in do-
minorum
baptismo.

Candidis
aulæis tem-
plorum pa-
rietes orna-
bantur in
Principum
baptismo.

Cur vestis candida baptizatis daretur.

CAP. VIII.

Quod si quærat aliquis, quid fuerit, quæ
obrem veteres in baptismo tantum
sti candidæ tribuerint: in promptu rati-
sunt. Videretur enim primo vitæ integritas
innocentia, quam in baptismo conlequuntur
hoc quasi symbolo declarata fuisse. cum dicit
Origenes Hom. 12. in Exod. *lora sunt vestimenta
tua, cum venisti ad baptismi gratiam, purificatus
spiritu, purificatus es corpore, mundatus es ab
inquinamento carnis, & spiritus.* Omitto locum
SS.^a Ambrosio, & ^b Ioanne Chrysolostomo
perius allata. Iterare enim eadem non place-
Amalarij Fortunati verba non omittam lib.
de Eccl. Offic. c. 27. *baptizamus, inquit, in
sancto, quando abluimur à peccatis, quam adu-
nem significant alba vestes in baptismo per totum
corpus. Et cap. 39. dum sacre Pentecostes elogia
& prerogatiuas diligenter exequitur: tempore
Pentecostes Ecclesia toto orbe nouos semper Discipu-
los per aquam regenerationis aggregare conueni-
merito saluti eorum congau dentes, quousque allucina-
duuntur stolis, & nitorem purificate mentis
dore habitus demonstrat. Quibus cum Rebaud
Mauri verba consentiunt lib. 2. de Instituti-*

^a Lib. de iis
qui myste-
ris inian-
tur cap. 3.
^b Hom. in
psalm. 118.

Cleric. cap. 29. post baptismum traditur Christiana vestis candida, designans innocentiam, & puritatem Christianam. Et infra: induuntur ergo albis vestibus, ut, sicut primæ natiuitatis infantiam veteris labes offuscaueras, sic habitus secundæ regenerationis gloriæ præferat indumentum. Immo etiã ca. 39. id non obscure declarat: cum ad vestem candidam alludens, Angelicum castitatis habitum, inquit: per septem dies in Angelico castitatis habitu, & luminibus cælestis claritatis, sanctis assidue sacrificiis solent. Nec aliud significare voluit Rupertus Abbas lib. 7. de Diuin. offic. cap. 11. cum dixit: vita noua, quæ cum Christo in Deo abscondita est, ipse idem nouus homo Christus est, quem candida vestis baptizati significat. nouum enim hominem pro vitæ innocentia positum esse, omnes intelligunt. Et sanè huius mysterij veritas etiam cognita fuit à Gentilibus, qui candidos pro bonis & integris, nigros autem pro malis accipiebant. Ita Persius:

*Sed quid opus teneras mordaci rodere vero
Auriculari per me fins omnia protinus alba.*

Et Iuuenalis Satyr 3.

—mancant, qui nigrum in candida vertunt.

Ex quo loquendi more illud Esaiæ 5. sumptum videtur: qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Candor enim lucis est, tenebrarum vero nigror. Et hypocritæ, qui probitatis speciem præterdunt, in cælestibus literis alias parietes dealbati alias sepulchra dealbata nominantur. Nec præmittendus candidatorum mos, qui eo culta integritatem, probitatemq; ex colore omnium

Candidi nomen pro bono nigri pro malo à Gentilibus usurpatum.

puriſſimo præferentes, ſe populo comen-

dabant. Vnde & boni viri titulo ſalutabantur.

De quo Seneca ad Lucil. Epist. 3. nullam rem

cum appellasti, vt omnes candidatos dicitur

cinus. Cõtra vero niger color vitij, & ſecundum

argumentum erat. Quamobrem rei criminis

in atra prodibant, quod feciſſe Cornelij

tulum Prætozem de coniuratione reum res

historiæ declarant. Atque eadem ratione

Cicero delatus à Clodio atram aſſumpſit,

mos etiam apud Hebræos ſolennis fuit, ut

re Iosepho lib. 2. antiq. Eriſt. Chriſtus oportet

& leniſſimus humani generis parens à dicitur

do Dei conſilio non atratus, quia nulli

affinis, ſed candidatus, quia integerrimus

Pilatum ductus eſt. In arcanis etiam ſacer-

ligionis literis, qui Idolatriæ labe infecti

Aethiopes appellantur. Vt Plal. 71. *etiam*

ident Aethiopes. Et Amos 9. *nunquid non*

Aethiopum vos eſtis mihi filij Iſrael? Vbi S. Hiero-

onymus in omnibus, inquit, ſcripturis *Aethi-*

dicantur, qui penitus in vitia demerſi ſunt. Altero

ro cauſa, cur veſtem candidam baptizans dicitur

inſtitutum ſit, illa eſt, priori non ad ſumma

vitæ ſanctitatem, quã in baptiſmo receperat

ad extremum vſque ſpiritum omni contentione

ne retinerent. ſcriptum eſt enim apud S. Chri-

ſtum Hieroſolymitanum catech. 5. *myſterij*

exutis veſtibus antiquis, & iis, quæ ſunt ſecundum

ſpiritum alba, indutis, perpetuo iam in alio per-

dere oportet. non hoc ideo dicimus, quafi alba, ſed

per veſtimenta habere, ſit neceſſe, ſed quod huius

verè alba, ſplendida, & ſpiritualia ſunt, & ſunt

Rei crimi-
nis in atria
veſte pro-
dibant.

Chriſtus
Dominus
cur alba ve-
ſte indutus
ad Pilatum
ductus fue-
rit.
Idolatræ
cur appel-
lati fuerint
Aethiopes.

Veſtis can-
dida ſigni-
ficabat, vi-
tæ integri-
tatem vſq;
ad ſupremũ
ſpiritum
eſſe retinẽ-
dam.

... ac Cetero
 ... pulo com
 ... lo salutem
 ... 3. nullam
 ... os dnu
 ... itij, & G
 ... em rei
 ... Corneli
 ... ne reu
 ... eadem
 ... alump
 ... nis fuit
 ... titus op
 ... arens ad
 ... uia nulli
 ... egeram
 ... tiam lac
 ... de infeli
 ... i. oram
 ... quid non
 ... Vbi S. b
 ... turus. A
 ... sunt. Ab
 ... ptizans
 ... abfumi
 ... o recep
 ... ni con
 ... pud S. G
 ... 5. my
 ... one
 ... in al
 ... si ab
 ... ant,

... & S. Hieronymum Epist. 128. ad Fa
 ... de vestitu sacerdotum: quotquot in Christo
 ... sumus, Christum induimus. seruemus tu
 ... quam accepimus, sanctam custodiamus in
 ... facto. Quod etiam S. Augustini testimonio
 ... confirmatur serm. 157. de Domin. in oct. Pas
 ... chae. vbi de hac re, paschalis, inquit, solemnitas
 ... moderna festiuitate concluditur, & ideo hodie ne
 ... ptyorum habitus commutatur, ita tamen, vt can
 ... qui de habitu deponitur, semper in corde tenea
 ... tur. Deinceps S. Gregorius Magnus lib. sacra
 ... men. in ordine baptismi infantum idem vide
 ... tur indicare: cum inquit: & vestitur infans, di
 ... nite presbytero: accipe vestem candidam, & imm
 ... ulatam, quam perferas sine macula ante tribunal
 ... Domini nostri Iesu Christi, vt habeas vitam aete
 ... rnam. Amen. Et Seuerus Alexandrinus lib. de
 ... bapuf. eodem alludit: dum ad gaudium spiri
 ... tale, & morum castimoniam baptizatos hor
 ... tatur: fratres mei psallite hymnum filio dominatu
 ... rum, qui regum corona vos coronauit; propt
 ... te eam, inmutate vestimenta vestra, & candidi esto
 ... te in madum nituis, ac in similitudine Angelorum
 ... splendores vestros illuminate. non enim ob aliam
 ... causam vestimentorum meminit, nisi vt, qu
 ... admōdum illa candida erant, sic baptizati vi
 ... te candorem perpetuo retinerent. Item ordo
 ... Romanus tit. de sabb. Sanct. in die B. Grego
 ... rij verba repetit, dicens: accipe vestem candi
 ... dam, & immaculatam, quam perferas ante tribu
 ... nal Domini nostri Iesu Christi in vitam aeternam;
 ... quae nitorem, & pulchritudinem, qua dilutis
 ... peccatorum maculis anima in baptismo or



natur, a baptizatis in omni vita seruari
 nere significant, vel ea ratione, quod videri
 dida metaphoricè pro innocentiâ, atque
 gritate polita fuit. secus enim, velle candidam
 iugiter delatam fuisse, necessario sequeretur
 quæ tamen solummodo septem diebus
 confluenter. Apomus etiam hoc palam
 tur lib. 6. in Cant. vbi sanctitatem amantem
 Christo in baptizate deponit, nec
 violandam esse, docet in hunc modum
 mel saluti, ero fonte, nunquam solum cadit
 quam suscipiunt in baptizate, in quibus
 Fit quoq; mentio de eadem re apud
 in Decret. Grat. de consecrat. dist. 2. c. 2.
 ea sunt verba: *quasi cum fuit, quod id significat
 candida, quia baptizatus induitur, responsum
 significat munditiam, & puritatem, quam
 a peccatis, vsq; in diem iudicij debet seruari.*

Vestis alba
 significabat
 spiritalem
 natiuitatē,
 & resurre-
 ctionem
 futuram.

dit tertia ratio, dignitate ceteris hanc
 hoc est, spiritualis genesis, vtiq; immo-
 & sacre anastasis gloria; ad quam per
 mum renascimur. Sicut ex testimoniis
 trum facile est colligere. Primum, quod
 S. Augustinus ser. 163. de temp. ad hunc
 minus hodie resurrexit, ut imaginem nobis
 resurrectionis ostenderet: & ideo hodie
 resurgens Dei populus ad instar resurrectio-
 nam nostram splendore nives candoris illu-
 Amphilochoij verba sunt in vit. S. Basilij
 vero Maximus Episcopus Basilij in Drama
 orans induit eum resurrectionis Christi
 Deinde Albinus Flacc. lib. de Diuin. Officiis
 de sab. S. Pasch. inquit: *albis induitur*

gratiam regenerationis. Atque hanc perpe-
 tuam omnium scriptorum conspirantem fuisse
 sententiam, qui eis perlegendis operam naua-
 verunt, perspicue intelliget. Rabanus enim Mau-
 ricius scribit apud Grat. de consecrat. dist. 4. c.
 1. *Tranantur ergo baptizati albis vestibus, ut, quoru
 prima natiuitatis faciem vetusti erroris pannus sus-
 ceperat, habitus secunde regenerationis gloria pra-
 serat incrementum.* Vbi Gloss. ad mysterium desi-
 gnandum: *per hoc enim designatur futura resurrectio
 corporum gloriosa, & animarum, vel etiam nunc a
 peccatis.* Eisdem Rabanus lib. 1. de Instit. Cle-
 ricor. cap. 29. *cuncti vero renati albis induuntur
 vestibus ad mysterium resurgentis Ecclesia.* Atque
 item fere diuersis verbis docuit Theophylact.
 ad ca. 3. Ioan. dicens: *tres immersiones triduana sepul-
 chra symbola sunt. deinde regreditur homo, sicut Do-
 minus, fulgidior, & clarior, corruptionis ferens in-
 gumenta, qui in aqua corruptionem submersit.* Nemo
 cum textus seriem, & rem scriptoris proposi-
 tum attendens, negabit, quin *incorruptionis in-
 dumento* vestem candidam intelligere oport-
 eat: & regrediendi vox spirituaalem resurre-
 ctionem significet: cum res lignata pro signo
 posita sit. Christi que in vitam redeuntis meto-
 phat. Quibus si Iuonis Carnotensis testimoniu
 addas Iern. de sacr. Neophyt nihil amplius in
 hac de desiderari poterit. Eius enim verba hac
 sunt: *Trinice traditur Christiano Vestis candida, ut
 eius prima natiuitatis decorem vetustatis pannus of-
 fuscauerat, habitus regenerationis gloria praeserat in-
 dumentum.* Nec immerito veteres Patres can-
 dida veste, ad spirituaale genesim indicanda, vsu-
 Yy ij

Albus color vite
Symbolum
erat, ater
mortis.

sunt; cum albus color vite symbolum fuerit
ater mortis. Nam & mortem *nigram* vocat
tius lib. 9. Theb.

Funeris, & nigra precedunt funera mortis.
Et vino nigro rogi extinguebatur, vbi
uer abiisset in cineres. De quo Homerus
pyra Hectoris lib. 24. Iliad.

nigroque ignes extinguere sum

Incipiunt

Album vero viventis symbolum esse, docet
Hieronymus in Esai. 66. cap. vbi de equo dicitur
Apocal. 19. sic scribit: *equo albo sedebat Dominus*
atq; saluator, humanum corpus assumens: equum
tem sedebat albo, quando post resurrectionem, in
mortale, & incorruptum corpus assumpsit: &
eunq; eum sequebantur, candidis rotabantur, &
incorruptis videlicet, immortalibusque corporibus.
Eodem spectat illud Virg. Eclog. 5.

Candidus insuetum miratur lumen Olympi,
id est, immortalis, atque beatus, relatusque
ter Diuos. Præterea vestem candidam dicitur
litam fuisse, existimo, vti ad spirituale gaudium
cœlestemque animi dulcedinem baptizantes
citarentur. Quod Procopius Gazensis affir-
mat in illud Exodi, *ablues eos aqua, vestem can-*
didam vocans tunicam lætitiæ; sic & mortales
& repurgati sacro baptisate, recipimus gaudium
cœlestem, lætitiæ induit tunicam. Quam vetero
gruenter, lætitiæ demonstrandæ causâ, vti
alba tributa fuerit, etsi ego taceam, tam
ruditi Lectores cognoscere poterunt. Nam
enim in antiquis scriptoribus vel medicamentis
versatus est, qui nesciat, album colorem

Vestis alba
significabat
gaudium
spirituale.

in rebus latis semper olim adhibitū fuit
Hinc est, quod Horatius lib. 2. Sat. 2. festos
albis vestibus agitari, præcipit.

*Ille repotia, natales, aliosque Deorum
Festus albatu celebrat.*

Et Martialis Horatium perstringit, quod ni-
gra lacerna spectaculis interesset:

*Spectabat modo solus inter omnes
Nigeris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque
sancto cum duce candidus sederet.*

Latinus etiam Pacatus in Panegyri. ad Theo-
dof. laudationis ansam arripit: quod aduen-
tanti è præcipua nobilitate viri, albis vestibus
induti, obviam prodierint: quid, ergo, inquit, re-
feram festum libera nobilitatis occursum? conspicuos
veste nivea Senatores? Et Vopiscus in Florian. cū
lætitiæ ingentis significationem augere, atque
amplificare in animum induxisset, huic præci-
pue insistit, quod albarum vestium plurima
copia facta esset: tantum illud dico (Vopisci ver-
ba sunt) ea esse lætitiæ elatos, ut domibus suis omnes
vestes albas cederent, albatu sederent. Neque hoc
quidem a Christianis ipsis prætermisum est.
Nam lego apud S. Hieronymum Epist. 27. ad
Euloch. Paulæ laudi datum esse, quod viua ci-
licio vteretur, ut mortua, & beata candidam
lætitiæ vestem indueret: ô beata, inquit ille, re-
rum communitio: fleuit, ut semper rideret; vestita ci-
licio est, ut nunc albis vestimentis vteretur, & dice-
ret: scidisti saccum meum, & induisti me lætitiâ. Et
Epist. 34. ad Iulian. inter eius laudes numerat,
quod d. filiarum mortē æquo animo ferens, cito

Albis vesti-
bus vtebā-
tur Genti-
les in rebus
lætiæ.

Albis vesti-
bus vti sunt
Christiani
ad lætitiâ
indicadap

vestem lugubrem in candidam lætitiæ
mutarit. Scriptum est enim: *laudentur
& tuas contra diabolum victorias panegyricis
quatur, quod læto vultu mortis tuleris filium, qui
in quadagesimo die dormitionis eorum laqueum
vestem mutaueris, & dedicatio ossium martyris ca-
dida tibi vestimenta reddiderit.* Quæ conuenit

Albis vesti- etiam nunc apud nos seruat: cum & in fune-
bus cur al- re amicorum atrati incedamus: & diebus
taria, & Ec- stis alba veste altaria, & Ecclesias ornemur.
clesia or- Verum, præter hæc mysteria, quæ in veste ca-
nentur, dida intuemur, illud etiam vel maximum est.

Vestis alba ut indicaretur, homines per baptismum a
dabatur ba- ferrimi dæmonis seruitute in Christi liberati-
ptizatis ad- vindicari. Cuius sententiæ S. Cyrillum Hiero-
indicadam- solymitanum esse haud pœnitet in procathe-
libertatem, cum inquit: *magnum est sane propositum hoc
tissima: captiuitatis liberatio, vestimentum candidum
signaculum sanctum, &c.* Et S. Augustinus libro
de symb. ad catechum. cap. 9. huc alludit: cum
explicans illud, in remissionem peccatorum, bap-
tismi effectus ita enumerat: *fortiter tenete, pœ-
tor sperate, patienter expeclate: reddetur vobis
tas per baptismum, vetustate discedente: deuincit-
ur anima sarcinis peccatorum, ut libertate noua ve-
induta, aduersus diabolum cum adiutorio diuini
leat fortiter dimicare.* Altissimis autem radicibus
hæc ratio nititur. Nam & hominem, ante bap-
tismum, Dæmonis mancipiū esse, quibus pec-
cati primorum parentum vitio contracti es-

Manumif- Etus, & turpitudine cognita est, omnes seruitu-
tis alba ve- tur: & in manumissione albam vestem can-
ditis dabatur- ditam fuisse, cum sexcenta veterum religio-

declarant, tum illud Tertulliani clarissi-
 & maxime illustre inuenitur lib. de re-
 carn. cum ait: oro te, si famulum tuum libera-
 ueris, quia eadem caro, atque anima perma-
 nent, quae flagellis, & compedibus, & signati-
 onibus retro fuerant: idcirco ne eadem pati oportet
 non oportet: at qui & vestis alba nitore, & au-
 reo honore, & patris nomine, & tribu men-
 te honoratur. Et lib. 5. aduers. Marcion. ipsum
 ait, quia libertate Christus nos manumisit, nonne
 eum constituit manumissorem, qui fuit Dominus?
 dicit enim seruos nec alba manumisit. Rursus al-
 ba vestis dignitatem significabat, ad quam ba-
 ptizati enuebantur. In quam sententiam scrip-
 sit S. Ioan. Chryostomus homil. 83. in cap. 26.
 nuper baptizatos adhortans, ut recte
 factis splendorem nominis conciliarent: haec
 est dignitas vestra, haec stabilitas, haec corona praecipua,
 non ut tunicam induit candidissimam per Ecclesiam
 ambuletis. Et hoc quidem a Romanis ad nos
 deriuatum videtur. Nam apud eos consue-
 rit inualuerat, ne quis obscurioris familiae ve-
 stem candidam indueret. Quamobrem Suetonius
 in Aug. cap. 44. eius leges referens, ait:
 ne quis pullatorum media cauea sederet. pul-
 lator enim pro humili loco natis positos esse
 certissimum est. Et Calphurnius de populari-
 bus, id est loco, vnde populus spectabat, lo-
 quens Helog. 7. inquit
*Veniens ad sedes, ubi pulla sordida veste
 Inter semineas spectabat turba cathedras.
 Contra de magistratibus, & equitibus ibidem;
 Aut eques, aut nives loca densauerunt tribunus.*

solido
 vestem ca
 didam bap
 tizati indu
 ebant ad in
 dicandam
 Christiani
 nominis
 amplituda
 nem.
 Vestis alba
 nobilitatis
 erat insi
 gne.



Et Iuuenalis Satyr 10.

— niueosque ad fræna Quiritæ.

Ignobiles
nigra veste
utebantur.Albi galeri
vsi soli
Flamini
Diali per-
missus erat.Clerici Ro-
manæ Ec-
clesiæ con-
cessum erat
vsi stragu-
lis, & cal-
ceis albis.

Atque hinc etiam profectum existimo, quod
Flamini Diali album galerum ferre liceret, ap-
thore M. Varrone apud Aul. Gell. lib. 16. cap.
cum inquit: *Verba Marci Varronis ex Iuuenali-
rum diuinarum super Flamine Diali hæc sunt: al-
lus album habet galerum; vel quod maxima est
quod Ioui immolata hostia albato fieri oportet. Vt
videmus, honoris, & priuilegij loco, Flamini
Diali candidum galerum concessum fuisse.*
Quod optime callens Constantinus Imperator,
simili prerogatiua Romanæ Ecclesiæ de-
corauit, quibus æque, ac Patribus, ali-
didis stragulis, & calceis vti concessit. Sicut
constat ex suo Edicto ad Syluest. Pontificis
verbis: *ut amplissime Pontificale decus præcipue
decernimus & hoc, clericorum eiusdem sanctæ Ro-
mana Ecclesiæ manipulis, & linteaminibus, al-
candidissimo colore decorari equos, & ita equos
& sicut noster Senatus calceamentis vti con-
donibus, id est, candido linteamine illustratis, sic con-
tur & clerici, ut sic cælestia, sicut terrena, ad laudem
Dei decorentur.* Occurrit etiam illa caula, quæ
vestem candidam præberi, Patribus visum fuit,
ut immortalis vita, & eterna baptizati, si rectam
vitam, integrã, ab omniq; prorsus peccati labe
alienam degissent, se certo potituros esse, intel-
ligerent. non solum enim Prudentius in Phi-
chomach. molles, & effeminos arguens, qui
corporis cultui impensius indulgebant, ves-
stem candidam, *immortalem*, hoc est, immorta-
litatis indicem appellauit illis verbis:

Post immortalem tunicam, quam pollice docto
Texuit alma fides, dans impenetrabile regmen
pectus lotis, dederat quibus illa renasci;
verum etiam beati, ac coelites albis vestibus
induti a diuinis oraculis, & sacrarum literarum
interpretibus referuntur. Neque vero, cur al-
ba vestis daretur probabiles alia rationes af-
ferri non possunt: vt ille; per baptismum coe-
lestes diuitias in nos diffundi; quoniam albus
color diuitiarum, ater paupertatis erat sym-
bolum. Si Calphurnio credimus Eclog. 7. ca-
nenti:

*Ornamentum nobis non mystica vestis inesset.
Vidissem proprius mea numina. Sed mihi sordes,
Nullaque paupertas, & adunco fibula morsu
obstitit:*

animam Christo Domino tanquam sponsam
arctissime necti, & copulari; vulgato more no-
uas nuptias albis vestibus induendi; sicut S. Au-
gustinus lib. 2. de fid. ad catech. cap. 6. ait: *in isto
sanguine sancti martyres amici sponsi stolas suas la-
uerunt, candidas eas fecerunt, ad nuptias Agni in-
uitati venerunt, a sponso calicem acceperunt, bibe-
runt, propinauerunt: fidem, qua Deo peculiari
quadam ratione subiecti, ad eius cultum, ac ve-
nerationem consecramur, nobis impertiri: eo
quod albus color fidei argumentum fuerit.*
quo sensu *canam fidem* à Virgilio dictam esse,
Lilius Gregorius Giraldus syntagim. 1. & plu-
res alij affirmant: baptizatos in Christi mili-
tiam nomen dare; cum nobis militibus albus
clypeus dari soleret: iuxta illud Virgilij:

Parmaque inglorius alba:

Alia ratio-
nes cur ve-
stis alba da-
retur bap-
tizatis.

Albus co-
lor symbol-
lum erat
diuitiarum,
ater pau-
pertatis.

Sponsæ al-
bis vestibus
indueban-
tur.

Tyroneſ
ferebant
album cly-
peum.

Vestis al-
ba victoriæ
& trium-
phi signum
erat.

& Ammiani Marcell. lib. 25. cum de exercitu
Iuliani Imperatoris, contra Perlas pugna-
tis, agit: clamabant hinc inde candidati, quod
iecerat terror, ut fugientium molem tanquam
nam male compositi culminis declinaret: victoriam

Martyrum & triumphum a dæmone reportasse: cuius
vestes albe. symbolum erat: ut Apocalyp. 7. legitur: tur-
baram magnam, quam dnumerare nemo poterat
ex omni tribu, stantes in conspectu Dei, & induerant
alba veste, & palme fuerunt in manibus eorum
& 19. qui vicerit, vestietur vestimentis albis: pro-

Albus co-
lor erat ar-
gumentum
pacis.
inde martyribus rerum sacrarum scriptura
albas vestes assignarunt: ut Tertullianus lib.
de coron. milit. totus de Apostolo armatus, & de
martyrii cædida, laurea melius coronatus dicitur
Christi in carcere expectat: & S. Cyprianus lib.
lapl. fere initio: adest militum Christi cædida
cædida, qui persecutionis argenti ferociam turbato-
tam stabili confessione frugerunt: & S. Augu-
stinus lib. 2. de fid. ad catechum. cap. 6. in ipsi
guine sancti martyres solas suas lauerunt, cædida
eas fecerunt, &c. Item in hymno, quem cum
Ambrosio cecinit, diuinæ clementiæ laudes
gratias agēs: te martyrum candidatus laudat exor-
citus: ac demum pacem cum Deo iniisse. Con-
stat enim, album colorem ad pacem signifi-
candam magno vsui fuisse. Quare & deduc-
tionis petitio, non nisi sublata alba veste, firmata
& rata habebatur: quomodo intelligendum
Homerus, Cæsar, Liuius, Ammianus, Tacitus,
& alij scriptores: cum vel sublatum, vel pro-
positum, vel monstratum ex arce signum, scri-
bunt. Et Æneas apud Virg. lib. 3. ex candore

...orum, quin conspectu Italiae apparuerant,
...is omen fecit. Et Genebrardus lib. 4 chro-
...ol. anno 1495. necnon Iouins lib. 2. de vir.
...llit. ferunt, Tumerlanem illum, cui bellorum
...gloria Magni cognomen peperit, vbi praelium
...solibus ostenderet, tria signa per tres conti-
...nenter dies sustulisse, alterum candidum, quo
...pacis, & deditiois dabat optionem, nigrum
...alterum, quo luctuosum petulantiae exitum,
...et triste supplicium minabatur, tertium deni-
...que purpureum, quo cruentum bellum osten-
...tabat igni, ferroque miscendum. Quas ratio-
...nes si aequo iudicij pondere Theodorus Beza
...perpendisset, nunquam eo temeritatis. vel stul-
...tiae prolapsus esset, ut vestem candidam fer-
...stra adhibitam esse, vel adhiberi arbitraretur.
...pencilur igitur aperte, & opinio eius allata-
...rum rationum momenti refellitur.

Vestem cā-
didam fru-
stra adhi-
beri quis
putant
& Epist. 3.

*De ministro vestis candidae, modo, & forma,
qua dabatur, & materia, ex
qua constabat.*

CAP. IX.

A Gē vero, vestis huius quis minister? in
baptismo solenni, cum statis anni die-
bus fidelium plebs à Satanae vectigalibus exol-
uebatur, non baptismi ministrum, sed alterum
vestem imposuisse, reperio apud S. Dionysium
Areopagitam c. de bapt. cum inquit: *acceptum-*
que eum sacerdotes & sponsi, & duci via permittunt
baptismi.

Minister
vestis can-
didae in so-
lennibus
baptismis
erat alius
minister
baptismi.

eundemque cum veste eo digni induerunt, prout
 cuncti ad Hierarcham. Sed in priuatis baptizantibus
 qui quotidie, prout opus erat, celebrantibus
 idem baptismi minister, etiam si Episcopi dignitate
 præditus esset, baptizatos albis vestibus induebat.
 Quod in S. Basilij baptismi minister venisse, testatur
 Amphilocheus in vita eius descriptus: *Maximus Episcopus una cum Basilio de-
 dit in aquas, eumque baptizauit. Basilio baptizatus
 exiit ex aquis: adiuuans autem Maximus in
 filij in Deum amorem, orans induit eum reuerentis
 Christi vestimentis.* Ac, ne quis erret in modo,
 quo baptizati vestem candidam induunt, explicanda
 est illa quæstio, num ea sola baptizatorum corpora
 regerentur, an aliis vestibus superimponi
 solet. quæ nec iniucunda et ætioribus erit, & mihi
 facilis est ad defensionem quamuis enim alicui
 videri possit aliis vestibus superimposita
 fuisse: quia honestatio ita postularet, ne nudum
 aliqua parte corporis hominum oculis subijceretur:
 quia tæpore inuitis, ac præcipue frigore lædi
 possent, si quando summa hyeme baptismum celebrari
 contigisset: & quod plurimi Patres, Albinus, &
 alij, quos lib. 4. cap. 10. & sequentibus retulimus,
 cum de baptizandorum ministerio sermo esset,
 aperte meminerunt, confecti baptismi, Episcopum
 expectasse, ut, cum baptizati induiti essent,
 illos chrismate confirmaret: tamen solam
 baptizatorum corpora circumiectam fuisse,
 nemo dubitabit: si rationes quæ mihi hac de re
 consideranti in mentem venerunt, atretecum
 considerauerit, non

Vestem candidam
 solam baptizati
 induiebant.

si aliam vestem, præter candidam, baptizati induissent, mirum videri posset, è tanta scriptorum copia, qui de baptismi ritibus diligentissime scripserunt, ne quidem vnum illius meminisse. Deinde, cum vestem aliquam, excepta candida, baptizatum induisse, asseritur: quando eam induisse, dicitur? si ante candidam, falsum est: nam ipsa candida baptismi adhuc nudis dari solebat: vt sexcentis veterum Patrum testimoniis, ac præcipue Zenonis Veronensis inuitat. 2. ad font. manifestè constat. & S. Hieronymus Epistol. 128. ad Fabiol. testatur, baptizandos, vt vestem albam induere possent, tunicas pelliceas deposuisse: cum (inquit) parati ad indumentum Christi, tunicas pelliceas deposuerimus: tunc induemur veste linen, &c. quo fit, vt baptizati nullam vestem, ante candidam, induerent. si vero post candidam, id quod fieri non potuit: tum quia baptizati, *niui, albat, aut candidati*, (quæ Paulini Nolani Epistol. 12. ad Sever. Bedæ lib. 2. Hist. Anglic. de vit. & gest. S. Paulin. Episcop. Eboracen. Ordinis Romani de Diuin. Offic. tit. de die Paschat. Albini Flacci lib. de Diuin. Offic. cap. de sabbat. in Alb. Marci Gazensis Diaconi Epist. ad Archad. Imperator. Zenonis Veronensis inuit. 2. ad font. & aliorum formulæ sunt) dici nequiuissent: si alia vestis candida super imposta fuisset: tum etiam quod S. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiast. Hierarch. cap. de bap. verbis, quæ huius libri capite sexto citauimus, & plures alij, quorum testimonia sparsim hoc volumine allata sunt, rursus affe-

renda, si necessitas postulet, haud obediens
 statum reliquerunt, post vestem candidam
 tizatos statim suscipienda confirmationis causa
 ad Episcopum ductos fuisse. ut alicuius vestis
 induendae locus non fuerit. Rabanus enim
 Maurus vestem candidam *indumentum* appo-
 lauit libri primi de Institut. Cleric. capite
 primo nono, quod de indumento baptizati
 Eucharistia in se ipsi, minime autem cogno-
 ter candida vestis baptizati indumentum
 cata esset: nisi sola baptizato circumposita
 fuerit argumenta vero, quibus contraria
 primo probari videbatur, solui facillime posita
 siquidem honestati consultum erat, si cogno-
 mus, vestem candidam ad imos pedes detra-
 se, in eaque manicas (candida enim stola
 pellatur: stola vero manicas habuit), decem
 appositas esse: ita ut toti corpori tegendo sub-
 cere potuerit. & si quidem vniuersum corpus
 candida non texisset, nihil tamen de baptismi
 honestate detractum foret, cum veteres Chri-
 stiani simplicitatis laude praecellent, & in re-
 nunciatione, exorcismo, vinctioe, atque in ip-
 so baptismo nudos fuisse, certum, atque expli-
 ratum sit. quis autem vel frigoris vim baptizato-
 tos veste candida indutos sensibile putet, cum
 stata Paschatis, aut Petecostes celebrant, Iesu
 est, summo vere, aut ineunte aestate, baptismus
 administrari soleret: vel, si quidem sensibile
 eius rationem habendam credat: quando pro-
 dos in aquam frigidam merfos fuisse, nullus
 est, qui dubitet: multa quoque alia dura, atque aspe-
 ra perpessi fuerunt, quae in primis Ecclesiam

Vestis can-
 dida mani-
 cas habuit.

candidam, pietatisque studium referuntur?
 Restat igitur, ut authoritati Albini, aliorumque
 respondeam, significantium, fideles à baptis-
 mo indutos fuisse. quasi vero ex *induendi*, siue
vestiendi vocabulo alia vestes, præter candi-
 dam, colligi possint. Non est ita: verum ea lo-
 quendi formula inde profecta est, quod Epif-
 copus quidem baptizatis vestem candidam
 præbebat: sed datam ab Episcopo vel ipsi bap-
 tizati se ipsis induebant, vel susceptos, aut in-
 ferior minister illorum corpori ritè aptabar.
 Quod si tursus obijcias, eundem Albinum lib.
 de Diuin. Offic. cap. de tabb. Pasch. cum moris
 sacro chrismate baptizatos vngendi mentio-
 nem fecisset scribere: *postea vestitus, infans vestit-*
mentis suis: similesque loquendi formulas ab
 aliis Patribus adhiberi, ex quibus intelligi po-
 test, baptizatos suis vestibus, hoc est, iis, quas
 ante baptismum ferre soliti erant, indutos fuis-
 se: hac ratione refelli poteris, vocem *suis* pro
 certo positam esse, ut sententia sit, infantibus
 baptizatis certam vestem candidam præberi
 solitam. Cuius expositionis veritatem due po-
 tissimum rationes ostendant: prima, quia, cum
 infantes facies deum citi potius dicantur, quam
 vestiri, si vestimentorum nomine alias vestis,
 quam candida, significaretur, malè Author ve-
 stimenti voce usus fuisset. secunda, quod idem
 Albinus ibidem, Ordinis Romani verba refe-
 rens subiungit: *quibus dat singulis stolam candidam,*
chrismalem, & decem siliquis: & sic vestiuntur,
 ubi, baptizatos albam vestem, non quas an-
 te baptismum ferebant, induisse, solis luce

clarius est. priori autem loco vestimenta
 rali numero dixit: cum de Baptismi vestimen-
 loqueretur: quia, præter candidam, calceas,
 mysticum velamen dari solebant: quemad-
 modum mox suo loco demonstrabitur. Sed

Forma ve-
 tus danda
 vestis alba
 eadē cum
 nostra.

vt de forma vestis candidæ præbende
 dicamus, illa semper eadem fuit, qua nunc
 mur, hoc est, accipe vestem candidam, &c. dicitur
 nim S. Gregorius Magnus lib. sacrament.
 ord. baptif. infant. accipe vestem candidam, &
 immaculatam, quam perferas sine macula ante
 bunal Domini nostri Iesu Christi, vt habeas vitam
 aternam, Amen. Et Ordo Romanus de Di-
 tiin. Offic. tit. de sabb. S. in die: accipe vestem
 candidam, & immaculatam, quam perferas ante
 bunal Domini nostri Iesu Christi in vitam aternam.

Materia item, ex qua constabat, satis apparet.

Vestis cā-
 dida ex li-
 bro consta-
 bat.

Nam Origines Homil. 12. in Exod. eam linteam
 solitam, tradit: quod argumento est, fuisse lin-
 team: *lota sunt* (inquit) *vestimenta tua, cum ve-*
nisti ad baptisimi gratiam, purificatus es spiritu, pu-
rificatus es corpore, mundatus es ab omni inquinamento
carnis, & spiritus. Quod ipsum inuenerit
 videtur Amalarius Fortunatus lib. 1. de Eccles.
 Offic. cap. 29. dum vestis albæ vsum, ac cere-
 monias referens, ait: *albat propter vestes albas*
idulgo appellantur. ipsa vestimenta sunt, sola alba
de quibus scribitur in Apocalypsi: Beati, qui lauant
stolas suas, vt sit potestas eorū in ligno vite. Quæ
 uis enim eo loco candidæ baptizatorum vestis
 ablutæ perspicua mentio fiat: tamen, cum A-
 pocalypsis verba, quæ ablutarum vestium me-
 minerunt, ad candidam baptisimi vestem refer-
 rantur.

remur, iure coniectari possumus, baptismi ve-
 stem ablutam fuisse. & S. Hieronymus Epist.
 ad Fabiol. vbi à Christiana viuendi via a-
 errantes ad semitam iustitiæ, & salutis per-
 ducere, in animum induxisset: vestis linteæ,
 quam in baptismo susceperant, memoriam il-
 lis reficere contendit, ratus, ex ea recordatio-
 ne fructum aliquem Christianæ pietatis pro-
 ducturum. Hieronymi autem verba subijcia-
 mus: *præceptis Dei lauandi sumus: & cum parati
 ad inuicem Christi, tunicas pelliceas deposueri-
 mus, tunc induemur veste lineæ, nihil in se mortis
 habente, sed tota candida, ut de baptismo consurgen-
 tes, cingamus lumbos in veritate.* Quibus similia
 videmus apud Nicephorum Callistum lib. 3.
 Eccl. cap. 37. de puero Hebræo à Chri-
 stianis pueris baptizato. Nam, cum vestis can-
 dida post baptismum datæ mentio fit, linteæ
 fuisse dicitur his verbis: *Christianorum pueris He-
 bræus puer familiaris erat; & cum eis ad mare colen-
 tibus natandi incesisset cupidus, consequutus est eos
 Iudæus: hunc per ludum pueri nudum ad mare stan-
 tem baptizauerunt, principio statim non inuitum:
 posteaquam vero & tertiam diuini numinis appella-
 tionem nominarunt, & simul tertiam mersionem
 peregerunt, extrema lineæ vestis textura discissa, &
 quæ circa hæc frequentatur, imaginario amictu facto,
 in capite eius arcanam, mysticamque galeam adum-
 brarunt.* Et forte etiã Victoris Vricensis hæc
 fuit sententia lib. 3. de persecut. Vandal. vbi lo-
 quens de Elpidiphoro desertæ religionis, qui
 vestem suam albam in nefarium vsum adhi-
 buerat, linteaminis nomen, pro veste candida,

722 De Antiq. Bap. rit. ac Cer.
vsurpat in hunc modum : hæc sunt linteamenta
Elpidiphore, minister erroris, quare accipiat
maiestas venerit iudicantis : hæc te immo-
cuerant de fonte surgentem : hæc te arrip-
quentur. Est autem linteamen à linteis, id est
à lino deriuatum.

Vestem candidam tunica nomine vocatam ; cuius
star, arctam, & cingulo adstrictam fuisse ;
ad imosque talos demitti
solitam.

CAP. X.

Vesti can-
dida Pa-
tres tunice
nomen in-
diderunt.

DE forma vestis eadem dici possunt, quæ
de tunica Romanorum vir eruditus
Munus scripsit in quæst. per Epistolam
Eodem enim illa nomine à scriptoribus
sim appellatur ; vt S. Cyrillo Hierosolymita-
no catech. 3. de bapt. cum optat, Christi-
les in omnes partes Christianæ pietatis operæ
præstandi se excitare ; vt vitam, candida tu-
nica dignam, degere possint : *Vitam autem
vos omnes dicere possitis : exulter anima mea in
vobis ; induit me veste salutis, & tunica lætitiæ.*
Prudentio in Psychomach. dum plerique
mortalium luxurioso vestium genere vincti,
grauius verbis obiurgat :

*Quis furor insanas agit at caligine mentes ?
Vt tener incessus vestigia sormate verat,
sericaque infractis fluitent vt pallia membris,
Post immortalem tunicam, quam pollice dedit*

Texuit alma fides, dans impenetrabile tegmen
 pectus lotis, dederat quibus illa renasci :
 Ioanne Chryfostomo Homil. in Psalm. 118.
 pro errantes animas ad bonam mentem, & le-
 gem Euangelicam reuocare contendit : habe-
 re tunicam mundam, sicut accepisti in baptismo :
 nullus eam maculet moribus suis : nullus prauitate
 verbi scindat tantam pulchritudinem vestis : talem
 accepisti vestem in baptismo, qualem habuerunt
 Angeli : qui seruabant Dominum in sepulchro : &
 Procopio Gazæo, qui in Exod. Diuina gratia,
 & vestis alba, quæ in baptismo tribuuntur, ita
 meminit : sic & nos abluti, & repurgati sacro bap-
 tismate, recipimus gratiam cælestem, latitiæ induci-
 mus tunicam. Quod si, quandoque eandem ve-
 stem togam, siue stolam vocatam esse, inueni-
 mus : vt apud Tertullianum lib. de Idololat. pur-
 purati regum vocabantur à purpura, sicut apud nos
 toga candida candidati : Aponium lib. 6. in Can-
 tic. loti semel saluifero fonte, nunquam stolam can-
 didissimam, quam suscipiunt in baptismo, in-
 quiescere docentur : Ordinem Romanum de Di-
 uin. Offic. tit. de sabb. sanc. in die : quibus dat
 singulis stolam candidam, & sic vestiuntur : & A-
 malarium Fortunatum lib. 1. de Eccles. Offic.
 cap. 29. ipsa vestimenta sunt stola alba : & cap. 39.
 eisdem libri : tempore Pentecostes Ecclesia toto orbe
 uicibus semper Deo populos per aquam regenerationis
 aggregare consuevit, merito saluti eorum congauden-
 tes, quousque albis induuntur stolis : ex quo quis-
 quam inferre posset, candidam baptizatorum
 vestem non tunicam, sed togam, siue stolam
 fuisse : ita responderi potest, Tertullianum,
 Z z ij

& Fortunatum, cum candidati appellarentur ad vestem candidam referre. & eundem vestem deferendam titum explicare, sibi propositum parum curasse, quibus nominibus vestem candidam appellarent: cum quodlibet nomen vestem quam tractabant, sufficere viderent: de eo dubium nunquam oriturum existimant quoniam vestis in omnium more positio ratio fiebat: quæ nec toga esse potuit, quod nobilitatis esset insigne, Christiani vero humilitatis significationem præbere certatum crederentur: neque stola, cum propter eandem rationem, tum præcipuè, quia hæc solummodo mulieribus deferrebat: sicut veterum annales legentibus perspicuum est. Quomodo restat, ut, cum Gentilium tunica comparanda

Alba vestis erat arcta & adstricta cingulo.

existimemus. Particularim tamen de vestibus baptizatorum hæc traduntur: arctam, adstrictam cingulo fuisse: quod videre est apud S. Hieronymum Epist. 128. ad Fabianum vestitu sacerdotum, ubi catechumenos ad studium peccatorum, amoremque prohibentur baptizatur: *præceptis Dei lauandi sumus: & cum per nos ad indumentum Christi, tunicas pellucidas induimus: tunc induemur veste lineæ, nihil in se macula habente, sed tota candida, ut de baptismo cum temporibus, cingamus lumbos in veritate.* tum apud Victorium Vticensem lib. 3. de persecut. Vandalorum impium apostatam, veste candida in baptismum ludibrium abutentem, minis ita prosequitur: *hæc sunt linteamina Elpidiphore, ministeris tui, quæ te accusabunt, cum maiestas veneris iudicantis. Vestem immaculatam cinxerant de fonte surgentem*

& totum baptizati cor-
 pus operuisse: cuius rei cum satis amplum ar-
 gumentum fieri potest ex Tertulliano lib. de I-
 dolat. cap. 18. & lib. de orat. cap. 3. Paulino No-
 lino Epist. 12. ad Seuer. Marco Gazensi Dia-
 cono Epist. ad Archad. Imperator. Gregorio
 Turonensi lib. 5. Hist. cap. 11. Beda lib. 2. Hist. or.
 Anglic. Ordine Romano de Diuin. Offic. tit.
 de die Paschat. Albino Flacco lib. de Diuin.
 Offic. capit. de sabb. in Alb. Amalario Fortu-
 nato lib. 1. de Ecclesiast. Offic. cap. 29. Rabano
 Mauro lib. 2. de Institution. Clericor. cap. 39. de
 sabb. sanc. Pasch. aliisque pluribus, qui baptiza-
 tos, veste candida indutos, modo *candidatos*, in-
 terdum *niveos*, nonnūquam *albatos*, saepe etiam
candido, aut *albatorum gregem* vocarunt: ex qui-
 bus dictionibus totius corporis albedo, & ex
 hac vestis albæ ad talos demissio colligi vide-
 tur: tum multam coniecturam afferunt illa S.
 Hieronymi verba Epist. 57. ad Damas. quæ de
 veste eius candida habentur: *inde mea anime
 postulas cūsum, vnde olim Christi vestimenta sus-
 cepi. vbi vestimenta plurali numero posita sunt,
 non quod plures ab eo vestes susceptæ fuis-
 sent, sed quia vna toti corpori adhærens, ve
 plures viderentur. Similes loquendi formu-
 las apud alios Patres reperimus: Origenem
 Homil. 12. in Exod. lora sunt vestimenta tua, cum
 venisti ad Baptismi gratiam: Cyrillum Hieroso-
 lymitanum catech. 1. mystagog. Vestibus ami-
 quis, & in, que sunt secundum spiritum albæ, indu-
 tu, perpetuo iam in albis incedere oportet, non hoc i-
 deo dicimus: quasi, alba te semper vestimenta ha-*

Vestis alba
 totum cor-
 pus operie-
 bat.

726 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.
bere, sit necesse: S. Ambrosium lib. de
myster. initiant. cap. 3. accepisti post hoc vestem
candida, ut esset iudicium, quod exuisti nunc
peccatorum, indueris innocentia casta
Gregorium Tironensem lib. 1. Histor. Franc.
in ipsis, sicut regnerat us fuerat, albis mutavit
nem Moscum prat. spiritual. cap. 207. *Immo*
ergo puellam baptizauerunt, & albis induta, per
ab us subuecta est. Vicini ergo cum italem
indutam viderent. Albinum Flaccum lib. de
uin. Offic. cap. de sabb. sanc. Pasch. *Abi*
tur vestimentis propter gratiam regenerationis
moinum lib. 4. Histor. Franc. cap. 1. *Theodor*
filius, in albis noue regenerationis ad huc
innocentem exhalauit spiritum. Methodum Con
stantinopolitanum lib. de iis, qui abne
per diuersos modos: serat vestes nouas, *secundum*
ordinem illorum, qui baptizantur: Theophr
Et om ad cap. 3. Ioann. *regreditur homo, sicut*
minus, fulgidior, & clarior, incorruptioni firmis
dumenta, qui in aqua corruptionem submittit
numerabilesque alios, quorum verbis, ac
tentius super sedemus, ingratum, superma
neumque esse rati, in iis sigillatim referent
immorari: cum alia rationes, & coniectura
multo probabiliore occurrant, candida enim
vestis non solum stola ab Aponio lib. 6. in Car
tic. Ordine Romano de Diuin. Offic. in
sabb. sanct. in die. & Amalario Fortunato lib.
1. de Ecclesiast. Offic. cap. 3. 29. & 39. appellat
est, qua auctore Horatio lib. 1. Satyr. 3. ad
pedes demissa erat: verum etiam *habitus* S.
Augustino serm. 137. de Domin. in Octau.

pasch. & Iuone Carnotensi serm. de sacrament. neophyt. vocata fuit: vt, sicut ea vox omnes corporis vestes significat, ita candidam vestem totum baptizati corpus operuisse, declararetur. Quin immo S. Hieronymus Epist. 78. ad Damas. PP. & 128. ad Fabiol. *Christi vestem, siue indumentum*, & Rabanus Maurus lib. 1. de Institut. Clericor. cap. 29. *indumentum baptizati* nuncupauit: & Amphilochius de vit. S. Basil. S. Gregorius lib. sacrament. in ordin. baptif. infant. Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de sabb. sanc. Pasch. & Glossa in Decret. Gratian. de consecrat. distinct. 4. cap. 11. cum de modo vestis candidæ accipiendæ loquerentur, *induendi*, aut *vestiendi* vocibus vsi sunt: quæ omnia, si attentè considerentur, nullam corporis partem veste candida nudam fuisse, demonstrant. Quibus addi possunt loca, & rationes, quas ad ritum solius candidæ vestis induendæ, ac ferendæ ostendendum alio loco & allaturi sumus, & si memoria constat, iam attulimus. quippe breuior vestis nec offensionem, quam ex nudis corporis partibus aliqui mortalium accipere potuissent, demendæ, nec frigori, alisque cæli iniuriis arcendis sufficere potuit. Hæ tamen omnes coniecturæ sunt, quæ, quoniam in varias partes duci possunt, nonnunquam etiam in contrarias, assentiendi necessitatem non afferunt. Igitur certius aliquid ex Amalario Fortunato huc adducam, quod vel ab inuitis fidem extorqueat. is enim lib. 1. de Ecclesiast. Offic. cap. 27. vestis candidæ in baptismo

præbendæ rationem assignans, ita inquit baptizamus spiritu sancto, quando abluimus et perquam ablutionem significant alba, vestis in baptizate per totum corpus. Quo loco, præterquam quod pluralis numerus repetitur, totius corporis veste candida indui mentio fit, quod nos asserimus.

Vestis candida quorum sumptibus emeretur.

CAP. XI.

Diuites albam vestis suis sumptibus emebant.

Verum hoc loco illud disputandum videtur, Ecclesiæ, an eorum, qui baptizandi erant, sumptibus candida vestis emeretur. Quod etsi satis non constat: tamen non cunctabor profiteri, plerumque baptizatos suis sumptibus sibi comparasse, quod mihi venit in mentem, S. Gregor. Nazianzeni orationem 39. in sancti lumin. consideranti, ubi ille ad beatitudinem eorum obiecta, qui per speciem tenuitatis fortunæ baptismum differebant, ita respondetur: turpe est, dicere: Vbi est munus, quod propter baptismum offeram? Vbi splendida vestis, in qua complendescam? Vbi ea, quæ ad imitatores meos recipiendos requiruntur? Vt in his quoque rebus vana celebratam consequar. Valde enim, vti vides, hæc necessaria sunt: & propterea gratia inuicem, ne in magnis rebus minuta in rationem mittatur: turpe aliquo, & abiecto affectu te duci patiari. Ad quem locum Nicetas: at, inquit, munus parabile, splendidamque vestem, quam post baptismum induas

etiam mensam, qua initiatorum meum excipiam.
 nec quidem necessaria sunt: nec, si ita preparatus non
 fueris, propterea baptismi gratia quicquam deceder.
 Quare, si comparanda vestis difficultas aliquot
 a baptismo accipiendo retardabat: nemo iam,
 opinor, dubitabit: quin eorum, qui baptizandi
 erant, sumptibus emeretur. Locupletius hu-
 jus rei testimonium habemus apud Amphilo-
 chium Iuniorum (Baronius enim in martyro-
 log. i. Ianuar. putat, hunc non esse Amphilo-
 chium supparem S. Basilii, sed alium) qui in
 vit. S. Basil. refert, eum, & Eubulum, cum sacri
 baptismi auidi, Hierosolymam summo re-
 ligionis ardore proficiscerentur, omnem rem
 familiarem in pauperum alimenta corrogasse,
 praeter eam, quae ad vestem albam comparan-
 dam necessaria erat. Sic enim habet: *venditis
 igitur, distractisque & distributis rebus suis, compa-
 ratisque solummodo vestibus, ad sanctum baptisma
 necessariis, ibant Hierosolymam, ingentem hominum
 gentium turbam Christo lucrifacientes.* Ad cuius
 similitudinem Conradus à Lichten. in chron.
 ann. 1124. narrat, Pomerianis, ab Ottone Eam-
 bergensi ad Christum allectis, praecipuum fuisse,
 ut, veste candida comparata, filios suos sa-
 lutati baptismi admouerent. Legimus enim:
*Otto Eambergensis Episcopus Pomerianis à se conuer-
 sis iniunxit, ut infantes suos in sabbato sancte pas-
 cha, & Pentecostes cum candelis, & cappa, quae dicitur
 vestis candida, & patris comitantibus ad bap-
 tismum deferant.* Verum tamen est, egenis, &
 quibus nulla, aut parua res familiaris erat, Ec-
 clesiae sumptibus suppeditatam. Ad quae usum

Egenis albæ
 vestis sup-
 peditaba-
 tur Ecclesie
 sumptibus.

Constantinus Imperator ex suis thelauris
 tam vim pecuniæ numeravit; teste Sim. Me-
 phraſte de vit. S. Sylveſt. cum ſcribit; cum
 Sylveſter eius caput reſiſſet, & eum in aquam
 merſiſſet, & ſanctam, ſimulque venerandam
 caſſet Trinitatem lux repente totam deman-
 ſiſſit, cum autem veſtem candidam induiſſet
 noſam, dixit iis, qui aderant, ſe ſenſiſſe manum
 ſuper extenſam, qua eum tetigit immerſum in pro-
 na, decrevit autem, ut, qui vellet, ſecure perſe-
 ligionem eligere Chriſtianam, & ad Chriſti ſer-
 cedere, & baptizari, impenſis, qua fiebant ad illam
 nationem, & veſte ſuppeditata ex iheruſolymi-
 ratoris. Immo etiam Damasus Papa in vit. S.
 Sylveſt. hoc ipſum indicare voluit, dum eiu-
 dem Constantini liberalitatem in ſancta ba-
 tiſteria pluribus verbis enumerans, in quibus
 ins temporibus fecit Constantinus Augustinus
 cas iſtas, quas & ornavit. Baſilicam Conſtan-
 nam, &c. fontem ſanctum ex lapide porphyreo,
 &c. Donum ſancto fontis: Maſſa Feſti ex territorio
 Gabinenſi, præſtans ſolidos ducentos, & dicitur Maſ-
 Pictas, ex territorio ſupradicto, præſtans ſolidos 200.
 Maſſa Statiliana ex territorio Sorano, præſtans ſolidos
 300. Maſſa intra Siciliam Taurana ex territorio Ve-
 rentienſi, præſtans ſolidos quingentos. Intra eorundem
 Romam domus, vel horti, præſtantes ſolidos bis mille
 trecentos, Fundus Baſi, præſtans ſolidos centum
 ginti. Maſſa Laninas ex territorio Caſſolano, præſtans
 ſolidos ducentos. Fundus Catulli ex territorio Nomi-
 tano, præſtans ſolidos quinquaginta. Maſſa Statena
 ex territorio Sabinenſi, præſtans ſolidos trecentum
 quaginta. Maſſa Murina ex territorio Appiani.

Certi, red-
 ditus Ecce-
 ſiatum pro
 veſte can-
 dida egenis
 ſuppedita-
 tanda.

lan. territorio Sorano, praestans solidos 200. Trans-
 marina intra partes Africa. Massa Pincis, ex terri-
 torio Mucario, praestans solidos 800. Massa Capis ex
 territorio Capisano, praestans solidos 600. Massa va-
 rra Sardana, praestans solidos quingentos. Massa Ca-
 maras, ex territorio Curtalupi praestans solidos 405.
 Massa Numans, ex territorio Numidia, praestans soli-
 dos 650. Massa Sulfurata ex territorio Numidia,
 praestans solidos 720. Massa Baldarioliaria, ex terri-
 torio Numidia, praestans solidos 810. In Graecia, Massa
 Cephalia, praestans solidos quingentos. In Magaluso,
 Massa Amazon, praestans solidos 222. Haec enim
 omnia sancto baptisterio donata sunt, ut Epi-
 scopi arbitrio in usus necessarios infumeretur;
 quorum primum vestis candida fuisse, omnium
 recte sententium consensu firmata est opinio.
 Paulus etiam Episcopus, cum Hebreum quen-
 dam, ex aspectus iudicio pauperem, qui, simu-
 lato Christianae religionis studio, multas pecu-
 nias hinc inde corradebat, sacrosancto bap-
 tistis mysterio initiaturus esset, praeter caetera
 ad baptismum necessaria, vestem quoque ca-
 didam pro eo comparavit: sicut apud Socra-
 tem lib. 7. hist. cap. 17. scriptum est in hunc
 modum: Iudas contra voluntatem ieiunare co-
 elue, acriter instare, ut baptismo donetur. Paulus Epi-
 scopus, quoniam illum tam obnixè baptisma peten-
 tem mora nolebat offendere, parat res ad baptismum
 necessarias: cumque vestem splendidam pro illo emis-
 set: & alveum baptisterij aqua impleri, iussisset: Iu-
 dum eo deduxit, ut baptisma illi impertiret. Simi-
 lia pietatis exempla Gregorius Pontifex I. cum
 in aliis vehementer amavit, tum ipse summa

animi contentione expressit. Nam in omnes partes Christianæ adiuuandæ rei animum, ac vires intendens, cum audiisset, Iudæos in Sicilia moram trahentes, fidei amplectendæ studio teneri, Faustinum Defensorem, & vineæ Domini cultorem, ad eos agros subigendos misit. Et, quia optime norat, quam fugacem sint occasionum momenta, & quam irremediabilis Ecclesiæ augendæ præteruolec oportunitas, hominum varietati, & mutationi consulere volens, eundem Defensorem operari sistere, & singulis pauperibus vestem ad baptismum necessariam suis sumptibus emere, lib. 7. Epist. 24. præcepit his verbis: *huius auctoritate tenore præcipimus, ut, omni excelsatione summata ad prædictum locum pergere, & desiderium eorum in Deo propitio, adhortationibus adiuuare festinet, quibus tamen si longam, vel criste videtur sollicitudinem sustinere Paschalem, & eos nunc ad baptismum sistinare, cognoscis, ne (quod absit) longa dilatio eos possit retro animos reuocare, cum fratre nostro, & c.*

Episcopi à Pontifice fratres appellati.

Episcopo loci loquere, ut, pœnitentia, ac abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominica, aut, si celeberrima festiuitas fortassis occurrerit, eius omnipotentis Dei misericordia prosequente baptizet, quicumque vero ex iis pauperes, & ad vestem sibi emendam non sufficere posse, cognoscis, te eis vestem, quam ad baptismum habeant, comparare volumus, ac præbere. Et Epist. 16. lib. 4. ad Venant. Episcop. Lutunens. posteaquam eius consultationi de lapsis ad factos ordines non admittendis egregie respondit: se inopi mulieri, quæ fidem Christianam, & baptismum sitiebat, vestem candidam

mississe, significat: cum ait: vestem vero ei, qua bap-
tizanda est, direximus: atque, ut nobis talia scriba-
mus, semper optamus. Quæ cum ipsa per se magna
sunt, ingentem quoque laudis, & commendationis
materiam veteribus scriptoribus præbent. E quorum
numero Ioannes Diaconus, magnæ autoritatis vir,
in vita eius, post longam aliarum virtutum seriem,
huic primas partes tribuit, quod cælestis regni promissionem,
alibi vestis largitione, aliisque muneribus (quibus
nullus acrior stimulus est ad hominum mentes,
quo volumus, impellendas) Iudæos, in veteri fide
retinenda nimium sui iuris, & sententiæ, ad Christi
stipendia sollicitaret. Ita enim loquitur: enimvero
tam leuigationibus dationum, quam promissionibus
regni cælorum Iudæi per diuersa loca ad Christum,
quem fratres eorum negauerant, venire cœperunt:
quibus cum salute animæ, vestimenta quoque
baptizandis habilia conferebat. Multa præterea
testimonia similia proferri possunt: sed vereor,
ne, si fuero in probatione rei clarissima diutius
immoratus, aut oblitus esse propositi videar, aut
crimen loquacitatis incurram.

CAP. XII.

De ritu vesti candida benedicendi, & de tempore, quo
baptizati ipsam deferebant.

Exponam igitur ordine vesti candida benedicendi
consuetudinem, cuius tamen

Candidæ
vesti bene-
dicebant.

nullus veterum scriptorum aperte meminit
coniectura tamen assequar, vt dicendo, & lo-
bendo aliquid afferatur, quod aut verum sit,
aut ad id quam proximè accedat. Sane Am-
larius Fortunatus, veterum rituum diligenti-
simus scriptor, lib. 1. de Eccles. Offic. ca. 19. de
veste candida loquens, vehementer arguit, si
eam ab aliis deferri contingat, quam ab his qui
solennibus Paschæ diebus detulerunt: a qui-
bus deferri oportere ait, non vero ab illis, qui
flagitiis, ac sceleribus puram baptismi integri-
tatem, & innocentiae stolam amiserunt: *haec
mihi, Amalarij verba sunt, videtur congruentius
esse, si portanda sunt post dies octo, et vt vere por-
tata sunt vestimenta albarum, vt potius ab ipso por-
tentur, à quibus portata sunt in sanctificati die,
quam ab illis, qui se multis maculis polluerunt post
baptismum.* Ex quibus verbis colligitur, vestem
candidæ usum, post octo Pascharis, & Pente-
costes dies, scelestis hominibus verum fuisse.
Quod non leuem occasionem præbet con-
ijciendi, vesti candidæ benedictionem impo-
niti solitam esse. Nam secus nefarij iuxta, ac
probi illam gestare potuissent. Accedit alia
coniectura priori similis, quoniam mysterij,
quod in veste candida intuemur, ratio, & gra-
uitas requirebat, vt ea certis aliquibus præci-
bus à profano vsu eximeretur; præsertim cum
tam salis, & mystici velaminis, quam lactis, &
mellis, aliorumque plurium ad baptismum per-
tinentium benedictio in vsu esset: ac variis in
rebus idem contigisse videamus, sicut cum quibus
clericalis vitæ ratione ingreditur, aut alicuius

...te memi
...endo, & l
...ur verum
... Sane An
... diligenti
...fic. ca. 19.
...ter argum
...am ab in
...runt: a qu
...ab illis, qu
...ismi integri
...erunt: hanc
...congruent
...vere portat
...ab ipso tur
...scati dicit
...lluerunt p
...itur, vesti
... & Pente
...ritum simi
...ebet con
...em impu
...iuxta, ac
...cedit alia
...a mysteri
...io, & gra
...ous predi
...tim cum
...a lactis, &
...isma per
...varius in
...it cui que
...alicuius

... prima cle
...ricorum, &
... monacho
...rum, siue
... monialium
... vesti bene
...dictio in
...partitur.
... Egyptij
... vestem ca
...didam fe
...rebant. do
... nec viue
...rent.

Vestem al
...bam pleri
...que depo
...nebant o
...ctauo die.

...ta tamen, ut candor, qui de habitu deponitur, sepe in

corde teneatur. Hoc idem ex Iacobo Diacono
 colligitur in vit. S. Pelag. dum eius baptismum
 & Christianæ humilitatis, ac penitentiæ co-
 cumenta referens, inquit: *mox Episcopus Pe-
 giam baptizavit: octavo autē die, quando albam ve-
 stem deponere debuit, nocte, nobis prorsus visus, illi
 surrexit, deponensque baptismatis vestem, calceas
 induit. Neque vero aliud unquam voluit colere.*
 Romanus tit. de die Paschat. vbi ad explican-
 dam vestis albæ depositionem habet: *sancti
 sancto baptizati fuerint, albis vestibus exuuntur.*
 Præterea Albinus Flaccus eandem sententiam
 sequitur, à quo ita hac de re scriptum est lib. de
 Diuin. Offic. ca. de sabb. in alb. *hodie albae
 in sabbato sancto baptizati fuerunt, vestibus albis
 exuuntur: albae vero propter vestes albas cuius
 pellantur.* Et cap. de septuag. cum eius
 initiumque referret: *septuagesima tendit ad
 batum ante octauas Pasche, quando hi, qui in vigilia
 Pasche baptizantur, alba vestimenta deponunt.* Ac-
 cessit mox & Amalarj Fortunati locus lib. 1. de
 Eccles. Offic. cap. 28. vbi in baptismi ritibus
 explanandis totus est: *ipsi defensores suam
 malia sacramenta, & cereus, etque patronus, qui
 cum versantur usque ad septimum diem lauantur
 albarum.* Quod etiam significat ca. 29. eiusdem
 libri, cum ait: *dicam, quid octo dies infirmis, in
 quibus vestiuntur alba vestes, & cerei neophytis
 Nam octo dies, quorum ibi mentio est, ad ve-
 stis albæ delationem referuntur: non quasi ba-
 ptizati totidem diebus integris eam gestarent
 sed quia ipsius deferendæ tempus octo diebus
 participabat: qui ad totidem integros redacti,
 Septem*

Septem efficiuntur. Quin etiam paulo post
 de eadem consuetudine inquit: unde mihi vi-
 detur congruentius esse, si portanda sunt vestimenta
 albatum, ut potius ab ipsis portentur, à quibus por-
 tata sunt in sanctificatis diebus: quam ab illis, qui
 multis maculis polluerant post baptismum. Ec-
 cap. 39. tempore Pentecostes Ecclesia toto orbe novos
 semper Deo populos per aquam regenerationis aggre-
 gat: conjuerit, merito saluti eorum congaudentes,
 quosque albis induuntur stolis, & nitorem purifi-
 catamentis splendore habitus demonstrat. Quibus
 locis tamen Author candidæ vestis septē die-
 bus deferendæ consuetudinis apertè non me-
 minit. tamen ab eo obiter indicatam fuisse, ar-
 gumentis, & coniecturis elicitur. primo quod
 de pluribus diebus tam primo, qua posteriori
 sermo est: quos, cum alij non suppetant, sep-
 tē fuisse crediderim tum quia posteriori cum
 festis, ac solēnibus diebus, quos baptizatorum
 gratia fideles lætè agitabant, ipsius vestis defe-
 rendæ tempus comparatur. Quo fit, ut, cum
 septem dies festos Ecclesia coluerit: sicut hoc
 ipso libro demonstrabitur: totidem etiam die-
 bus vestem candidam delatam esse, probabile
 sit. Rabanus quoque Maurus eum morem non
 obscure docuit lib. 4. de Institut. Clericor. c. 39.
 cum scripsit: alios septē dies in memoriam eiusdem
 Dominice resurrectionis congrua festiuitate subiun-
 gens, quos VII. dies albas vocitamus, propter eos, qui
 in sancta nocte baptizati, albis per totam hebdoma-
 dam vtuntur vestibus. Quod etiam significare
 videtur lib. 1. cap. 29. cuius ait: vtuntur ergo bap-
 tizati albis vestibus, vt & c. quānis enim morem



Paschales vestis candidæ septem diebus ferendæ nequid
 dies cur al- quam expresserit, tamen *orendi* vox, quam ad-
 bi, siue al- hibet, aliquandiu post baptismum eam delenda
 bati vocen- esse, declarat. Et Berno Augienis libel. de qui-
 tur. busd. reb. ad miss. spectant. cap. 3. *scilicet* quia
 Dominica *mysterij per octo dies noster baptismus celebratur, cur*
 in albis, *octava die vestimenta mutantur baptizatorum. Ne*
 cur ita vo- *prætereundum est Ruperti Abbatis testimo-*
 cetur. *nium lib. 7. de Diuin. Offic. cap. 11. ubi dicitur*
 a In decret. *rosam paschalem hebdomadam usque ad sabatum*
 apud Grat. *quo albas ipsi deponunt, eadē pro causa g. alba deponi*
 b Epist. ad *tatur, &c. Inde mos obrinuit, ut octo dies, post*
 Episcop *Christi anastasiū claudunt, albari, siue albi, die*
 Lucan. Bru- *qui proxime subsequitur, Dominici cur, dies*
 tior. & Si- *minica in Albu diceretur. Quod a Pio I. a Ger-*
 cil. cap. 14. *man. & lasio, c. Pelagio II. a S. Gregorio, a Ioan. Dam-*
 c Epist. ad *no, f. Ordine Romano, a Albino Flacco, a Ba-*
 Episcop. *bano Mauro, aliisque pluribus vsurpantur.*
 German. & *clesia Christi catholica religiose conseruata,*
 Gall. *iam inde a suo ortu per interiecta tempora*
 d In sacra- *interualla in hanc nostram vsque continetur*
 ment. *transmisit ætatem. Sicut ex Breviario antequam*
 e Lib. 4. de *Ambrosiano Ms. quod in bibliotheca De-*
 vit. S. Greg. *brofiana a FEDERICO BORROMEO*
 f De S. Pas- *literarum altore, & parente nuper erecta le-*
 char. *uatur, & aliis plerisque precum horarum co-*
 g De Di- *dicibus manifestè opparet. Ex quo tamen nos*
 uin. Offic. *sequitur, eos, qui extra Pascha, vel Pentecostes*
 cap. 20. de *aqua tingebantur, totidem diebus vestim-*
 Paschar. *candidam non tulisse. Nam certum est, ex*
 h Lib. 2. de *Pelagiæ exemplo nuper allato, multisque ali-*
 Iustit. Cle- *similibus, hanc consuetudinem omni tempore*
 ric. cap. 39. *suam vim, & robur obtinuisse.*
 Vestem al- *tecostem.*
 bam fere-
 bant septē
 diebus etiā
 baptizati
 extra Pas-
 cha, & Pen-
 tecostem.

Figura candida vestis septem diebus deferenda
ostensa: eiusque consuetudinis ra-
tiones allata.

CAP. XIII.

Præclaram vero huius rei figuram apud ve-
teres pietatis cultores fuisse legimus: cum,
post Agni Paschalis cenam, septem diebus a-
zimo vescebantur. Ita q; Iuo Carnoten. serm.
in die Paschat. inquit: idcirco sanctum Pascha in
albis vestibus septem diebus celebramus, vt mundi-
nam corporis, & lætitiã resurrectionis semper ha-
bere moneamur. Vnde per sapientiam dicitur: omni
tempore sint vestimenta tua alba, & oleum de ca-
pitæ tuo nunquam deficiat, quod est dicere, nunquam
munditia a corpore, nunquam lætitiã spiritualis ab-
sit à corde hoc idem significabatur, cum Iudaicus
populus, post esum Agni septem diebus azimis vese-
batur, quod Apostolus in re significata interpretatur.
expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consper-
si, sicut estis azimi. Etenim Pascha nostrum immo-
latus est Christus: ac si dicat, vt ad celebrandum ve-
rum Pascha, & edendam carnem veri Agni, & im-
maculari suis idonei, expurgate vetus fermentum, id
est, tollite vetus peccatum, vt sitis noua conspersio, id
est, nouitatem vitæ nouæ recuperetis, quam in lauacro
sancto accepistis. Haftenus ille. Ex quibus verbis
amplius constat, candidæ vestis septem diebus
deferendæ causam fuisse: vt, quoniam illa læ-
titie, vitæque integritatis est symbolum, &

Figura fe-
rendi veste
albam se-
ptē diebus;

Vestis alba
cur ferretur
septem die-
bus.

A a a ij

Alia causa
ferendi al-
bam vestē
septem die-
bus.

septem dierum orbe temporis vniuersitas con-
cluditur, baptizati ad perpetuam letitiam, me-
rumque innocentiam, septem dierum nome-
ne inuocantur. Albinus tamen Flaccus en-
stimat, ea re significari, cuiusque fidelis animam
cum è corpore excefferit sabbatum, id est, re-
quiem inuenturam, & vestimenta sua, quod
est corpus, hic dimissuram, vt de nouo indat
illud in extremo voluentium seculorum de-
cum Deus Iudex de æternis cuiusque vel im-
pliciis, vel præmiis sententiam feret. Epe-
gic enim monet lib. de Diuin. Offic. cap.
de sabb. in Alb. hodie albam, qui in sabbato
sancto baptizati fuerunt, vestibus albis mune-
tur. quod vero in sabbato exuuntur. ista vestimen-
ta, hoc significatur, quod anima cuiusque fidelis
migrans è corpore, inueniet sabbatum, id est, re-
quiem, & vestimenta sua hic dimittet, id est, corpus,
vt recipiat illud iterum in nouissima die. Amalarius

Tertia cau-
sa ferendi
albam vestē
septem die-
bus.

Amalarius Fortunatus, septem spiritus sancti
dona, quæ in baptisate infunduntur, nota
indicari. Cuius auctoritatem, quia in primo
pru est, hic apponere est visum: baptisate
cramenta (inquit lib. 4. de Eccles. Offic. cap.
23.) usque ad completionem dierum septem celebratur,
quia septiformi spiritu dicitur nuper baptizati
re, quia vniuersitas temporis, quæ sine septem diebus
voluitur, significatur per septem dies, in qua motus
est satagere, vt nullus Christianus à fide, & spe, &
charitate alienus sit; quamuis cetera omnia bap-
tisma non possit capere: seu quia vnaquæque anima
electa, recedens à corpore, illico inuenit sabbatum, &
habet suum opus completum. Multisque allistis,

esidem asserit, sed præsertim lib. 1. ca. 29. quod
quia huius moris, & rationis plenissimum est,
ad illud lectorem accuratum remitto. vnde
haeriat, quæ ad hunc locum facere sibi vide-
batur.

Vestem candidam baptizati iugiter septem die-
bus deferrent, an solum, cum ad Ecclesiam prodi-
bant: illa num sola deferri, an aliis vestibus su-
perimponi soleret: et præterea num eadem se ipsis
exuerentur, an ab aliis: deque mores ipsius in Ec-
clesia, vel baptisterio deponende.

CAP. XIV.

Porto illud etiam in quæstionem venire
potest, semperne, cum domo exhibant, an
solum in Ecclesia, cum sacris mysteriis intere-
rant, vestem candidam deferrent. Sed ego id
meo iure ab ancipiti vindico. patet enim ve-
teres scriptores legentibus, eam baptizatos
continuo gestauisse. Nam S. Gregorius Tu-
ronensis lib. 5. hist. Franc. cap. 11. de baptizato
loquens albis induto, procedendi verbo vitur:
renatusque Deo per baptismi sacramentum, cum al-
batis reliquis in albis & ipse procedit. Et paulo
post, totam civitatem albicare, dixit: albicabat tota
civitas de grege candido. nemo autem nescit,
procedendi verbum etiam alium locum, quam
Ecclesiam, & totam civitatem, communem in-
cedendi rationem significare. Quas loquendi
formulas apud alios scriptores, Albinum Flac-

Vestis can-
dida septē
diebus cō-
tinuo fere-
batur.



cum de Diuin. Offic. cap. 19. Amalarium Fortunatum lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 19. & Rabanum Maurum lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 39. inuenire possumus, quod inuere uelut multiplicata veterum Patrum testimonia hinc sententiæ maiorem fidem conciliant. Si enim autem studium sit intelligendi, uellem ne candidam solam, an etiam alias pro sui quædam ordinis ratione septem diebus gestaret, ad coniecturas ueniendum erit, usque rationibus argumentis utendum, quæ solam uellem candidam delatam esse, significant. ea uero huiusmodi. Primo ueniunt in mentem coniecturas, ac coniecturæ, quibus statim a bono mo solam candidam induisse, probatum est: par omnino ratio induendæ, ac ferenda uellem fuisse uideatur. Tum S. Augustinus inuita baptizatos, cum uellem candidam deponerent, essent, ea sola amictos fuisse, sermone cum 157. de Domin. in octau. Pasch. sic ait: *Paschalis solennitas hodierna festiuitate concluditur: et hodie neophytorum habitus commutatur, ut tamen ut candor, qui de habitu deponitur, semper seruare teneatur. ubi habitus nomen pro ueste candida positum est. habitum uero totum id, quo quis induitur, significare, omnes sciunt, quod hodie uestem candidam baptizati exuebant, uellem ueste induti non erant: cur, aliis diebus indutis fuisse, censeamus? Deinde Rabanus Maurus huic opinioni fauere uidetur illis uerbis, quæ apud Gratian. de consecrat. distinct. 4. cap. 91. leguntur: *Ueniunt ergo baptizati in uestibus, ut, quorum prima natiuitati fuerunt**

Solam uellem candidam, non aliam infestiorum baptizati ferrebant.

...et vis pannus fuscaverat, habitus secundare-
 generationis gloria praeferat incrementum. sicut e-
 ...m verbum, *vti*, alludit ad morem ferendi
 septem diebus; sic *habitus*, solam vestem can-
 didam delatam esse significat. Praeterea à Ia-
 cobus Diaconus in vit. S. Pelag. narrat, eam,
 quam vestem candidam deposuisset, cilicincam
 induisse: *deponensque* (inquit) *baptismatis ve-*
stem cilicincam induit. ex quo intelligi potest,
 quando deposuit, aliam vestem non habuisse.
 Secus enim frustra cilicium indueret, quod al-
 teri uesti superimponeretur. Postremo plu-
 rimi Patres, sed praecipue Rabanus Maurus
 loco supra citato, & aliis, quos adducemus, &
 adduximus, aperte declarat, baptizatos albis
 vestibus septem diebus usos fuisse. vestes au-
 tem albae, plurali numero adhibitae, signifi-
 cant, totum id, quod induebatur, albi colo-
 ris extitisse. at album nihil aliud erat, quam
 vestis, vel ad summum etiam calcei; ergo so-
 lam vestem candidam, non aliam inferiorem
 baptizati ferebant. His adijcere possumus
 modum vestis albae deponendae, num se ip-
 sa, an ab alio exuerentur: de quo nihil me-
 certi apud quenquam memini legisse. Non
 dubitabo tamen more meo aliquid ex conie-
 ctura admonere, & lectori praemittere, vt hac
 quoque parte prodesse literis possim, si non af-
 ferendo verum, certe excitando, vt quaeratur.
 Plerique scriptores, qui huius moris memi-
 nere, *sollendi* verbum usurpant; quae vox, ab a-
 lio exui solitos, videtur indicare. Sic Albinus
 Flaccus Epist. ad Carol. Mag. *tunc maxime*,
 A a a iij

Veste cadi-
 da baptiza-
 ti ab aliis
 exuebatur.

cum alba tolluntur vestimenta à baptizato, primum impositionem à Pontifice accipere Spiritum sanctum. Etiam conueniens est. Et infra: cum septuaginta dierum, qui solennia Paschatis mysteriorum antecedunt, ethymologiam, & rationem explicaret: videtur septuagesimus dies posse dici propter hebdomadas, quae sunt ab ipso die clausum Pascha, quo die alba tolluntur vestimenta à nuper baptizato. Et Rabanus Maurus lib. de Instit. Cleric. cap. 39. vbi, sacri christiani sacramentum, post candidae vestis deponitionem, à Pontifice tradi oportere demonstrat: tunc maxime, dum alba tolluntur à baptizato vestimenta, per manus impositionem à Pontifice sanctum accipere conueniens est, qui in baptismo omnium receperunt remissionem peccatorum. Tor etiam ea ratione; quod, qui solemni vestem albam induerant, haud fas erat, sine aliqua caeremonia eandem deponere. Quod tamen de foeminis dictum nobis. Non illarum pudoris, & honestatis tuendae studio, sed ante baptismum, nullo adiuuante, nudabantur, sic vestem albam sine alterius opera etiebant. Ita enim significare voluit Iacobus Dionysius de vit. S. Pelag. cum deponendi voce dicitur: mox Episcopus Pelagium baptizauit. octidies autem die, quando albam vestem deponere debuit, nobis prorsus in scis, illa surrexit, deponendi que baptismatis vestem, cilicium induit. Vtunque autem modus habuerit, manifeste patet, in Ecclesia, siue baptisterio se exuisse. Ad quod persuadendum vnus mihi locus sufficit apud Malarium Fortunatum lib. de Ord. Antiphr.

Foeminae
vestem al-
bam ipse
deponebat.

Vestis alba
deponeba-
tur in Ec-
clesia, siue
baptisterio

nat. capit. 51. cum ait: quasi hi loquantur ad Ec-
clesiam, qui in Christo baptizati sunt, & sunt Agni
novelli, & hodie revertuntur ad fontes, & exuunt
se albos. Nec immerito baptizati, vellem can-
didam deposituri, Ecclesiam adibant; tum
quia eandem in ipsamet Ecclesia, siue bapti-
sterio ipsi adherente susceperant: tum etiam
quod ad Christianæ religionis decus pertine-
ret, ut quemadmodum Gentiles aureas, ex
vidis hostibus reportatas, in Templo deponere
bunt, auctore Julio Obsequente de prodig. &
Ouidio ad Liviam de mort. fil. sic fideles ve-
stem candidam, victoriæ ex humani generis
hoste relatæ symbolum, in Ecclesia exuerent.

Cur candi-
da vestis in
Ecclesia
deponere-
tur.
Gentiles
aureas ex
hostibus
reportatas
in Templo
deponerent.

Vestem candidam, posteaquam deposita erat, aqua lu-
strali lotam fuisse; post depositionem, primo qui-
dem Ecclesia vixi relictam, tum à baptizatis ad-
hiberi cœptam; vestemque unius ab altero indui
non licuisse.

CAP. XV.

Ceterum hæc vestis, postquam deposita
erat, aqua lustrali abluebatur. Cuius rei
longam orationem habes apud Ord. Roman. Vestis alba
lib. de Diuin. Offic. tit. de benedictione aquæ
ad albas deponendas: Domine sancte pater om-
nipotens, æterna Deus, creator generis humani, nos,
qui per te redempti sumus, & per gratiam pietatis
tue in fonte aquæ baptismi renati sumus, dignare,
quæsumus, huic creatura per signum Crucis sobrie-

Vestis alba
post depo-
sitionem
aqua lu-
strali ab-
luebatur.

ritatem infundere, ut, sicut per fontem baptismi tributi sumus, ira super hanc aquam, quam propter ritum sacrum ad abluendas albas offerimus, venit Spiritus sanctus tuus, qui in fonte baptismi, & in confessione nominis tui peccata extinxit. Accipere hinc est, quod Amalarius Fortunatus lib. de Eccles. Offic. cap. 38. susceptorem, donec alba vestis lauetur, apud baptismatum manere docet: cum inquit: *defensores sunt baptismi sacramenta, & cereus, & patrinus, qui meum vestantur usque ad septimum diem lauationis alborum.*

Et quamuis nulli scriptores aperte meminerint, vestem ne depositam baptizati secum asportarent, an Ecclesiae vibus relinquerent, tamen multis rationibus conijcio, in Ecclesia utilitatem cessasse, tum quia ea, quae in sacra adhibita fuerunt, in vsus profanos reuerant, & Christiana religione alienum videtur, tum etiam, quod pietate erga Ecclesias, Deique cultu Christianos à Gentilibus superari, nefas erat. Illi autem vestes suas, cum initiabantur,

Vestis deposita relinquebatur Ecclesiae. Diis offerebant. Ad quem morem transfuga illi è populo Israelitico respexerunt, cum ad initia capienda, non suas, sed alienas vestes in Deorum templa attulerunt, ne de suo quicquam cogerentur in eorum cultum impendere. Et Ezechiel. 16. de vestibus Diis oblati locus manifestus est. Nam, cum de Idolorum imaginibus, quas sibi populus fixerat, sermo esset, *sumpsisti, inquit, vestimenta tua molivoria, & operuisti illas.* Adde senioris cuiusdam facinus, qui, quoties Elpidiphorus, nefarius dei Christianae transfuga, Ecclesiam Dei ini-

Gentiles, cum initiabantur, vestes suas Diis offerebant.

tam habebat, vestem candidam, qua post ba-
 ptismum fuerat indutus, illi ostendere solebat,
 ut desertæ religionis, cœlestiumq; irarum de-
 nunciatione, à pessimo vitæ instituto ad bonam
 frugem traduceretur. Quam rem Victor Vi-
 uentis lib. 3. de persecut. Vandal. narrat in hūc
 modum. *fuit quidam Elpidiphorus nomine, qui
 fuerat apud nos in Ecclesia Fausti baptizatus, quem
 venerabilis Muritra Diaconus de alneo fontis susce-
 pit. Post vero, dum apostataret, tanta exitio feri-
 tus adversus Ecclesiam Dei, ut superior omnibus
 executor persecutionis fuisset inuentus, &c. cum, El-
 pidiphoro sedente, & fremente, honorabilis senior
 capisset extendi, in his verbis totam ad fletum, &
 lacrymas commouisse dicitur ciuitatem. Hac sunt
 horreamina Elpidiphore minister erroris, qua te accu-
 sant, dum maiestas venerit iudicantis, custodiente
 diligentia mea ad testimonium tue perditionis, ad
 demergendum te in abisso putei sulphurantis. Hac
 te immaculatū cinxerant de fonte surgentem: hac te
 acriter persequentur, flammate geennam cum cœperis
 possidere. Quod si vestem suam Elpidiphorus,
 postquam exuerat, domum in suos vsus aspor-
 tasset, non video, quomodo illi hanc vestē se-
 nior objicere, ac ostendere potuisset. Hæc ta-
 men, quæ diximus, de Ecclesiæ surgentis pri-
 mordio accipienda sunt. Nam Amalarij For-
 tunati tempore, qui vixit anno mortalitatis à
 Deo assumptæ DCCCXIII. morem fuisse, ut
 baptizati, post depositionē, veste candida ute-
 rentur, ex ipso Amalario colligimus lib. 1. de
 Eccl. Offi. c. 29. vbi ait: *mihī videtur congruentius
 esse, si portanda sunt post dies octo, ut verè portanda**

sunt vestimenta albarum, ut potius ab ipsis portentur, à quibus portata sunt in sanctificatis diebus, quam ab illis, qui se multis maculis polluerunt post baptismum, cum enim candidæ vestis usu, post depositionem, tantummodo scelestis, ac nefariis hominibus, non vero probis, ac rectis interdicit; omnes intelligunt, ab aliquibus baptizatis deferri solitam esse. quod si quandoque tempus fuisse putandum est, quo baptizati vestem depositam gestarent, eam Ecclesie vsui relictam non fuisse, perspicuum est. Ob

Vestis alba
vnius pro
altero ad-
hiberi non
poterat.

id tamen neminem existimare velim, eandem vestem à pluribus adhiberi consueuisse. Nam, præterquam quod ex singulari earum emptione contrarium colligitur, id etiam Methodij Constantinopolitani locus conuincit lib. de iis, qui abnegarunt per diuersos modos, & ætates; vbi eas vestes nouas appellat his verbis: *si puer quidem comprehensus fuerit, & abnegauerit seu metu, seu ignorantia, & inscitia, is propitiatorias preces septem diebus accipiat, & octauo die lauetur, & à lauacro linteo accinctus, chrismate ungetur, ut solent ungi, qui baptizantur, & ferat vestes nouas, secundum ordinem eorum, qui illuminantur.* Cuius quidem argumenti vis ex eo potissimum pendet, quod candida baptizatorum vestis eorum, qui vel inscientia, vel metu à Christianæ fidei septris adducti, rursus ad ouile redeunt, veli comparatur; quam cum nouam fuisse, Author asserat, idem de baptizatorum veste penitus affirmare, necesse est. si autem singulorum, qui baptizabantur, vestis noua erat, nemo dubitare potest, quin illa ab aliis

gestari nequiverit. Nec obest quod nos plures eundem pannum candidum adhibemus. Nam, cum ille fordibus non inficiatur, eo quod modico tempore vsui est, mutare in singulos baptizandos, necesse non est. Secus de candida antiquorum veste, quæ septem diebus iugiter ferebatur.

Vestis candidæ vestigium apud nos.

Demystico, siue sacro velamine, quid esset: & quare baptizatis daretur.

CAP. XVI.

Exigit locus, ut de mystico velamine aliquid dicatur, quandoquidem illud baptizatis dari solitum, veteres Patres meminerunt. Sed, quid fuerit mysticum velamen, explicandum est ante breuiter, quo facilius ea, quæ docere volumus, intelligi possint. Namque alij velamen à veste candida distinguere non videntur: ut S. Ambrosius, qui vestem candidam velaminis nomine appellat lib. de iis, qui mysticis iniciantur, cap. 7. Alij autem cum corona miscere, & confundere possunt: eo quod admodum huius, baptizatorum capita obiret: atque ad regium genus indicandum adhiberetur. Sed nos, cum dicimus, velamen baptizatis fuisse datum, ita dicimus, ut pannus, à veste candida, & corona differens, eorum capiti impositus fuerit: ne vnctionis chrisina deleretur, aut deflueret. Sic enim existimare necesse est, quicumque vel omisissæ veterum Patrum

Mysticum velamen dabatur baptizatis.

Mysticum velamen quid esset.

lectionis, vel eius non bene intellecta susceptionem fugere velint. Concilij enim Bellouacensis Patres, cum de mystico velamine loquerentur, panni vocabulo vsi sunt: si quis (inquit cap. 121.) Voluerit chrismate pannum uerum linire, & super alium baptizatum mittere, non est absurdum. Ex quo omnes intelligunt, mysticum velamen pannum fuisse. In Ordine autem Romano prius albæ vestis, tum mystici velaminis mentio est: deportantur, inquit de fabb. S. in die, ipsi infantes ante eum, & dat singulis stolam candidam, & chrismale, & decem stiliquas. quod etiam facit Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de fabb. S. Pasch. albis induitur vestimentis, propter gratiam regenerationis, & castitatem uita, & angelici splendoris decorem, tunc sacro chrismate caput perungitur, & mystico tegitur velamine, ut intelligat, se diadema regni, & sacerdotij dignitatem portare. & Rabanus Maurus lib. de Instit. Cleric. cap. 29. induuntur ergo albis vestibus, ut, quorum prima natiuitatis infantia uetusti erroris fuscauerat, habitu secunda regenerationis gloria praeferat indumentum. tegitur etiam, post sacram unctionem, caput eius sacro velamine, ut intelligat, se diadematis regni, & sacerdotalis dignitatis portitorem. & Glossa apud Grat. de consecrat. dist. 4. cap. 91. quaesitum fuit, quid significet vestis candida, qua baptizatus induitur: respondetur, quod significat munditiam, & puritatem, quam ablutus a peccatis usque in diem iudicij debet seruare, significat etiam gloriosam resurrectionem fidelium, & regnum futurum. tegitur etiam caput eius mystico velamine, ut intelligat, se debere potiri corona regni, &

Mysticum
velamen
fuit pan-
nus.

dignitate sacerdotali. Quod, mysticum velamen
 a veste candida distingui, argumētum est. cum
 vero baptizatorum corona ex floribus plerun-
 que, vel myrtho, & palma conflata esset, vela-
 men autem (vt iam dictum est) pannus fuerit,
 quis discrimen inter vnum, & alteram non vi-
 deat? Concilium etiam apud Belluacum cap.
 111, cum ostendere vellent, nulla lege vetitum
 esse, vt idem mysticum velamen in plurimum v-
 sum adhiberetur, dixit: *si quis veluerit chrismate*
pannum iterum, linire, & super alium baptizarum
mittere, non est absurdum. Vbi Glossa: *pannum,*
quo caput pueri chrismate circumcingitur, ne recens
unctio Episcopi deleatur, vel desinat, vel quo vertex
chrismate a presbytero perunctus obuoluitur. Igitur
 velamen chrismate infectum erat. Igitur ad il-
 lud conseruandum inuentum fuit. Non sum
 tamen nescius, alia mysteria, & causas huius
 velaminis afferri posse. Quarum illa principa-
 lis, & potior esto, & nos post baptismum, ad
 regium, & sacerdotale genus euectos esse, de-
 clararet. quod ne diuinasse potius, quam certo
 prodidisse dicamur, Albini Flacci testimoniū,
 cum ceteris certe probandum, afferemus in me-
 diū, vnde huius moris causam abundē cognos-
 cere licebit. Is enim lib de Diuin. Offic. cap. de
 sabb. S. Pasche, eandē sacrę vnctionis, & my-
 stici velaminis causam assignans, rem ita de-
 clarat: *sacro chrismate caput perungitur, & my-*
stico regitur velamine, vt intelligat, se diademate re-
gni, & sacerdotij dignitatem portare. Iisdem
 ferē verbis ad idem comprobandum plu-
 rimi Patres vsq; sunt: vt Rabanus Maurus

Mysticum
 velamen
 erat distin-
 ctum a ve-
 ste cādida.
 Mylicum
 velamen
 differebat
 a corona.

Mysticum
 velamen
 inuentum
 fuit ad cō-
 seruandum
 chrisma.

Alia causa
 mystici ve-
 laminis ad-
 hibendi.

lib. de Instit. Cleric. cap. 29. regitur enim, post
sacram unctionem, caput eius mystico velamine, ut
intelligat, se diadematis regni, & sacerdotalis digni-
tatis portitorem, iuxta Apostolum; Vos estis, inquit,
genus regale, & c. nam sacerdotes in veteri testamento
quodam mystico velamine caput semper ornabant:
Iuo Carnotensis serm. de sacram. Neophit. re-
gitur etiam post sacram unctionem, eius caput sacro
velamine: ut intelligat, se diademate regni, & sa-
cerdotali, sicut dictum est, dignitate potiri: & Glossa
apud Gratian. de consecrat. dist. 4. cap. 91. in
locum Rabani supra citatum: regitur etiam ca-
put eius mystico velamine, ut intelligat, se debere po-
tiri corona regni, & dignitate sacerdotali. Fortitan
quispiam dixerit: non ne igitur myticum ve-
lamen, si baptizatos regia, & sacerdotali di-
gnitate præditos esse, demonstrabat, cum co-
rona, qua ad idem indicandum utebantur, cõ-
uenisse, putandum est? Minime vero, non e-
nim, quæ eiusdem rei significandæ vim habet,
vicissim inter se commeant: cum memineri-
mus, baptismalem renunciationem institutam
esse, ut res humanas valere iuberemus: cuius
etiam causa nudi ad baptismum accedebant:
& omnino constet, merfionem, quæ in bap-
tismo fiebat. Christi mortem, & resurrectio-
nem retulisse: ad quam indicandam bap-
tismus quoque Paschatis peruigilio celebrari, &
calcei baptizatis dari solebant. Sed unde ve-
lamen istud, regale genus, aut Christi sacer-
dorum significandi vim habuit? Quia coronæ
simile erat, quæ regni symbolū est & sacerdo-
tes (inquit Rabanus loco citato) recepto more
capita

capita velabant. Vnde Ezechiel. 44. de Iudeis:
Vnde linea erunt in capitibus eorum: & de Gen-
tilibus apud Lucanum lib. 1.

— vittata sacerdos:
& Virgilium Aenid. 3.

— redimitus tempora vittis.

Pluraque alia scriptorum testimonia extant:
quae ego si persequi velim, immemor propo-
siti mei sum, quo mihi solummodo Christiano-
num ritus, non aliarum gentium mores, vel
inlicita literis mandare decretum est.

Sacerdotes
Hebraei, &
Gentiles
caput vela-
bant.

Cur velamen mysticum appellaretur; in eo filum ru-
beum insutum fuisse; ipsum tamen albi coloris
existisse; eius materia linum, emptor baptizan-
dus, vel Ecclesia; idem sacris de more verbis ex-
piari solitum; galea in morem paulatim in sum-
mo fastigiatum, & septem diebus delatum esse;
pluvius imponi licuisse; depositum, in Ecclesia vo-
sum cessasse; & quandiu illius usus duraverit;
deque origine gossipy in baptismo adhibendi.

CAP. XVII.

EX hac celebri significandi vi, etiam mystici
nomen inuenit. Quo modo ipse baptis-
mus non raro mylterium a Patribus dictus est:
Ambrosio lib. de Spir. sanc. cap. 11. in mylterio
interrogato trina defertur: Hieronymo ad cap. 6.
Amos: in mylterio primum renunciamus: & Hido-
ro Hispalensi lib. 2. de Offic. cap. 20. sales autem
in mylterio chatechumenu dandos a Patribus inde

Velamen
cur mysti-
cum appel-
laretur

Filium rubeum in mystico velamine infutum erat, & quare.

Fili rubei usus receptus fuit in Narbonensi provincia. Fili rubei usus in mystico velamine durat apud Æthiopes.

Mysticive laminis color albus, & materia linum.

est institutam, ut &c. Vere tamen etiam affirmare posse videor, eius appellationis causam non postremam sibi vindicare filium rubeum, in eo insui solitum, quod Christi passionem, qua omnis abluendi vis in baptismum tanquam a fonte profluit, indicabat. Cuius author est Gulielmus Durantus Ration. Divini Offic. lib. 6. cap. de sabb. Pascha. Nec ego tam viri autoritate moveor, ut credam, de antiquorum ritibus sine certa autoritate disputantis: quam quod id etiam sua ætate in provincia Narbonensi receptum fuisse, testatur: in quo viro satis diligenti tenere fidem abrogare, dubiæ prudentiæ esset. Cum præsertim Ordo sacramenti Confirmationis apud Æthiopes, qui in Bibliotheca veterum Patrum insertus est, de nostratibus Christianis idem affirmet; cuius hæc sunt verba: *tunc induunt qui baptizati sunt, vestem albam, & coronam super capita sua ex myrtho, & palma, & rubeam vestem undularam, & frigatam, seu acn pislam.* Quippe nihil aliud est posterior vestis, quam manifestum rubei fili in mystico velamine vestigium. Cæterum ipsum velamen albi coloris erat: non solum quia vesti, & calceis simile fuisse, probabile est; aut quia baptismi dignitas, & ratio postulabat, ut conscientia nitior, quem efficit, omni externo cultu significaretur: verum etiam quod ex lino constaret: quod, nisi succis inficiatur, album esse solet. Dixit enim Methodius Constantinopolitanus tractatu de iis, qui abnegarunt per diversos modos, & orates, cum ad mysticum velamen alludere: d

lantero linteo accinctus: vbi linteum pro re ex lino
confecta positum est. quare, cum nullus my-
stici velaminis succis illiti meminerit, satis cõ-
stat, velamen album fuisse. Verum hic quæstio
nec potest a quibus mysticum velamen eme-
retur, sed, si perspecta sint ea, quæ de veste cã-
dida diximus, nemo dubitabit, quin diuites
quidem illud sibi compararint, pauperibus au-
tem Ecclesiæ sumptibus suppeditatum fuerit,
par enim vestis candida, & mystici velaminis
ea in re ratio esse debet: & quæ Constantinus
Ecclesiæ in sumptus Baptismo necessarios in-
genti pietatis significatione donauit, ea ad my-
sticũ velamen iuxta, ac vestem candidam per-
tinuerunt. Vtrum vero sola naturæ dignitate
velamen commendatũ esset, an in hunc vsum
certis precibus deuotum, nihil certi habeo,
quod affirmem: sed si coniecturis vti fas est, so-
leni benedictione sacrum fuisse, crediderim
vno Iuonis Carnotensis testimonio, qui serm.
de sacram. Neophyt. sacrum haud dubie appel-
lat: cum inquit: *regitur etiam, post sacram unctio-
nem, eius caput sacro velamine, vt intelligat, se dia-
demate regni, & sacerdotali, sicut dictum est, digni-
tate potiri.* Neque omittendum, quod de huius
velaminis forma ex Nicephoro Callisto vi-
deor collegisse: nam lib. 3. cap. 37. cum pueri
Hebræi sacris baptismalibus initiati ritus, &
tæronias recenset, mysticum velamen ga-
lea nomine appellat his verbis: *Christianorum
pueris Hebraus puer familiaris erat: hunc per lu-
dum pueri nudum ad mare stantem baptizauerunt:
& qui circa hac frequentatur, imaginario amictis*

Mysticum
velamen
diuites ipsi
compara-
bant, pau-
peribus au-
tem Ecele-
siae sumpti-
bus suppe-
ditabatur.

Mysticum
velamen e-
rat conse-
cratum.



facto, in capite eius arcanam, mysticamque galeam adumbrarunt. deinde pro cereo dexteram ligno tenui armantes, quæ eius sacri ritus sunt, mysteria omnia obsoluerunt. ex quo intelligere possumus, velamen, non secus ac galeam, paulatim in lumino fastigiatum fuisse. Atque hoc quidem de forma. quandiu autem mysticum velamen ferretur, ex iis, quæ de veste candida dicta sunt, quilibet intelligere potest. verum, ut apertius cõstet, septem diebus delatum esse, Glossæ verba in capit. 121. Concilij Belluacensis afferam, quæ sic habent: *pannum*, (id est, mysticum velamen) quo caput pueri circumcingitur, ne recens unctio Episcopi deleatur, vel defluat, vel quo vntio chrismate à presbytero perunctus obvoluitur. velamen enim ideo adhibitum esse dicitur, ne vntio arefceret, at vntionem baptizati septem diebus retinebant, igitur velamen septem diebus ferri solebat. Quod adhuc manifestius erit, si in mentem veniet, baptizatos illud octauo die cum solenni religione deponuisse. De quo præclare S. Augustinus serm. 160. in Dominica in Octauis Paschæ; cum ad recens baptizatos inquit: *hodie octaua dicuntur infantium, reuelata sunt capita eorum, quod est iudicium libertatis*. Vbi verbum *infantium* siue pro quibus libet baptizatis vsurpetur, more a multis Patribus recepto, siue tantum pro pueris adhibitum sit, omnino id, quod volumus, clarè ostendit: cum *reuelare* nihil aliud, quam velamen auferre, significet. Potest etiam ad idem comprobandum Albini Flacci autoritas afferri, qui lib. de Diuin. Offic. cap. 21. de sabb. in

Mysticum velamen ferretur septem diebus.

Mysticum velamen octauo die deponitur.

Alb. chris-matis vnctionem septem diebus a
 baptizatis conseruari debere, tradit in hunc
 modum: quanto autem tempore generaliter ab Ec-
 clesia celebratur aduentus spiritus sancti super A-
 postolos, tanto tempore debet obseruari vnctio chrisma-
 tis: & non immerito: quoniam spiritus sanctus in
 septem mulieribus, hoc est, septem virtutibus venit
 ad hospitem suum. nam, si mysticum velamen
 chris-matis conseruandi causa adhibebatur, vt
 ante probatum est; consequi videretur, vt tan-
 diu ferri soleret, quoad chrisma retineri, neces-
 se esset: hoc vero septem diebus custoditum
 esse, ex verbis, septem mulieribus, & consuetu-
 dine Pentecostes festum septem diebus late
 agitari, palam est. Et forte Beroldus noster
 hac alludere voluit die sabb. in Alb. dum hu-
 ius diei caeremonias ita recenset: *Archiepisco-
 pus, aut presbyter septemmanarius facit signum Cru-
 cis super fontes. duo minores presbyteri de centeno
 numero debent discooperire capita puerorum. Puto
 enim verbo discooperiendi, velaminis auferendi
 consuetudinem indicasse. quod si verum est,
 fateri oportet, mysticum velamen in baptiste-
 rio depositum esse. Liberum tamen erat sa-
 cerdotibus, ab vno depositum, alteri impone-
 re. Quod testatur Concilium apud Bellua-
 cum cap. 121. vbi data opera de hac re: si quis
 inquit, voluerit chrismate pannum iterum linire,
 & super alium baptizatum mittere, non est absur-
 dum. Ad quem locum Glossa: pannum, quo ca-
 pit pueri chrismate in fronte circumcingitur, ne re-
 censuntis Episcopi delcatur, vel desuat, vel quo
 vertex chrismate a presbytero perunctus obvoluitur.*

Pentecostes
 festum se-
 pte diebus
 agitatur.

Velamen
 deponeba-
 tur in bap-
 tisterio.

Idem vela-
 men pluri-
 bus impo-
 ni poterat.

Velamen
depositum
in Ecclesiæ
vsum cede-
bat.

Velaminis
vsum dura-
uit vsque
ad tempora
Iuonis Car-
notensis.
Gossipij v-
sus in bap-
tismo vnde
profectus.

Quo argumento etiam, post depositionem, in
Ecclesiæ vsum celsisse, adducor, vt credam.
Non enim penes presbyteros fuisset, bis idem
adhibere, si suum quisque domum asportasset.
Ad cuius rei probationem poterit insuper le-
ctor velaminis consecrationem adhibere, quæ
quia ab Iuone Carnotensi literis prodita est,
omnes facile intelligunt, etiam velaminis vsum
vsque ad eius tempora durauisse: quæ eo anno
inciderunt, qui fuit salutis MXC. Post quem
dignis de causis, quæ plerosque latent, candida
lana (vulgo bombacium dicimus) abstergi,
Patres voluerunt. Cuius forma in omnibus
Ecclesiis hodieque seruetur.

*De calceis post baptismum dari solitis: & deu-
rum causa, ac origine, aliisque ad ip-
sos pertinentibus.*

CAP. XVIII.

Calcei da-
bantur ba-
ptizatis.

Sed iam hinc oratio nostra ad calceos sese
non extra vtique propositum transferat.
Multa enim sunt in hac re, quæ legentis ani-
mos tenere possint: siue quis eius mytheria, si-
ue ritus nouitatem spectet. Vt mirandum ma-
guopere sit, in tanta ueterum scriptorum co-
pia, pene memoriam interiisse. Vnus exitit,
ne ille quidem valde verus, sed tamen ve-
terum rituum, si quisquam alius, longè peri-
tissimus, cuius beneficio huius ceremonie
nos cognitionem hausimus, aliisque com-

mendatam esse volumus. Is est Rupertus Abbas, qui lib. 7. cap. 1. cum de Baptismi ritibus ageret, inquit: tertio submergitur, ut triduanam vitam Christi conformetur, & hoc mirabili pietatis officio vivens, & in columnis crucifixus, & mortuo, atque sepulto configitur, commoritur, ac consepelitur. procul dubio calceamenta accipit in pedibus: calceamenta namque de mortuis animalibus fiunt, & hæc manifeste Dominice mortis insignia sunt. Quæ sanæ autoritas eò nobis gratior esse debet, quod etiam causam eius consuetudinis ostendit, ut nimirum in mortui animalis cute Christi Domini mortem referremus. Cui addi potest, calceos, quod ex mortuis animalibus fierent, baptizatis significasse, ut ab omni peccati macula, quæ mortem animæ infert, se immunes præberent: & veterum Patrum, qui impollutum, incontaminatumque spiritum Domino reddiderunt, mores, atque instituta sequerentur, quorum primum S. Gregorius manifestè tradidit, dum illud exponens, calceamenta habebitis in pedibus, calceamenta, inquit, in pedibus habere, est mortuorum vitam conspicere, & nostra vestigia a peccati vulnere custodire: alterum cum ab eodem Gregorio significatum fuit iisdem verbis, tum à S. Anselmo evidenter expressum in illud Pauli ad Ephes. 6. calceati pedes in præparatione Evangelij: ubi sic ait: calceamenta sunt ex coriis mortuorum animalium, & significant exempla Patrum iam defunctorum, quibus ab omni terrena læsione defenduntur pedes nostræ victiæ, id est, afflictiones, quibus tanquam pedibus ad faciendum aliquid promouemur, ideo prædictis calceamentis

Calcei eundem darentur baptizatis.

Aliæ duæ rationes dandi calceos baptizatis.

induantur pedes nostri, id est, exemplis Patrum mutuantur, ut, sicut Patres studio supernae intentionis non appetitu terrena commoditatis praedicaerunt Euangelium, sic & nos faciamus. Non negarim tamen, ex Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo probabile aliquod argumentum pro veteri calceorum usu posse colligi. nam scribens S. Remigij vitam, cum ostendere vellet, quam ingens hominum multitudo, adiutrice Dei gratia, & S. Remigij precibus, relicta idolis, ad baptismum accessisset, inquit: *verum & in hoc facto gratia suae potentiae voluit demonstrare, quam speciosi sunt pedes Euangelij, tantum patrum, Euangelij tantum bona, quibus eadem Ecclesia laetatur, & poculo.* Vbi verbum *speciosi* pro candidis accipi oportere, multi facile exultimabunt; si, nec aliud posse intelligi, & de baptizatorum vestibus sermonem esse, cogitarint. Sed haec coniectura est, quam nec amplector, nec alii commendatam volo. Libet autem hoc loco veterum Patrum admirari prudentiam, qui principio nascentis religionis, cum Gentiles patrios ritus retinendi nimio plus amantes erant, ut facilius eos ab inanibus umbris, & rancida superstitione ad novam legem veritatis, & gratiae transferrent, praeter alios ritus, hunc etiam candidi calcei retinuerunt, gratiam proculdubio ab Aesculapio inicitatis inicituri, quibus albos calceos dari consuevisse, docet Tertullianus lib. de Pallio; cum scribit *impuro cruri purum, & malleolum inducit calceum, cur istus non spectus? vel illos item habitus, qui novitate vestitus religionem metiuntur, cum ipsum hoc*

Calceos
dandi bap-
tizatis ori-
go à Gen-
tilium riti-
bus,

Inicitatis
Aesculapio
albi calcei
dabantur,

illius morosus ordinatum, & crepida cretata gra-
 tiam Aesculapio adulantur. vbi bonus author
 Gentilium ritu cretatas pro albis posuit, à cre-
 ta, qua vestes dealbabant. Quo sensu apud
 Ciceronem ad Attic. fascias cretatas inuenies.
 Alia tamen ratione ad calceos baptizatis præ-
 bendos veteres Patres impelli potuerunt, vt
 nimirum ostenderent, eos, qui cœlesti lauacro
 expiantur, in Ecclesia, ac Dei filiorum posses-
 sionem venire, more apud veteres recepto, vt
 qui in rei cuiuspiam possessionem mitteban-
 tur, calcei illis dari, & qui diuortia, atque affi-
 nitatum dissidia facturi erant, vt significaretur,
 eos de coniugij possessione depelli, iisdem ex-
 trahi solerent, cuius rei testimoniis quia vete-
 res diuinæ paginæ abundant, illinc desumere
 poterit lector, quæ ad huius moris probationem
 facere sibi videbuntur. Interim, an calcei fue-
 rint albi, certisq; Episcopi, aut presbyteri præ-
 cibus consecrati, & quorum sumptu emerentur,
 non erit à proposito alienum significare;
 non quia firmæ rationes, & testimonia sup-
 petant, quibus propositas quæstiones enuclea-
 re possim; sed vt, coniecturæ quid in proban-
 do valeant, experiar. iis autem affirmare pos-
 sum, calceos albos, sacris de more verbis à
 profano vsu exemptos, & à baptizandis, si di-
 uites essent, ab Ecclesia vero, si illi inopia la-
 borarent, emptos fuisse, ea maxime de causa,
 quod calcei pari gradu cum veste ambularint,
 quam in eum modum habuisse, supra suis locis
 ostensum est. Atque hanc rationem, quæ ex
 candidæ vestis similitudine ducitur, si quis ac-

Calcei ba-
 ptizatis da-
 bantur, vt
 signum ef-
 fect, eos in
 Ecclesia, &
 Dei filiorum
 possessionem
 mitti.
 Diuortium
 facturis
 calcei ex-
 trahebantur.

Calcei albi
 erant, à mi-
 nistro be-
 nedictione
 donabantur,
 & Ecclesie,
 baptizan-
 dium sum-
 ptum emi-
 solebant.

curatè consideret, haud obscure colligere poterit, calceos septem diebus ferri, in sacro fonte deponi, & post depositionem Ecclesiae relinqui solitos esse: quoniam de veste candida eadem probata fuerunt. Quod autem calceorum neque mos, neque vestigium remanet, iudeo factum est, quia, paruulorum baptisate in Ecclesiam introducto, nullus eorum usus, vel saltem difficilis esse poterat; cum teneri puelli pedes explicare, calceosue induere nequeant. Et, ne Ruperti Abbatis, qui moris calceos dandi meminit, & postquam aduulorum baptismus antiquatus est, vitam vixit, testimonium obijcias, quo calceorum usum diu viguisse, probes; animaduertendum est, Rupertum non sui temporis caeremonias, sed quales in veteri Ecclesia fuerunt, retulisse: ut ex eo constat, quia confirmationis, & Eucharistiae post baptismum praebendae moris meminit, qui ipsius Ruperti tempore in Ecclesia Latina desierat. Verum alia ratione refelli potest, quod diximus, & non modo tempus quo calcei in desuetudinem abierunt, sed ipsorum etiam usus in dubium vocari; quod nempe veteres Christianos nequaquam calceos adhibuisse, ex pluribus locis, sed praecipue Matth. cap. 10. colligi possit; vbi humanae salutis vindex calceamentorum vsu discipulis interdixit, quae tamen ratio mihi non probatur, nam, ut verum esset, antiquitus Christianos calceis vestitos non fuisse (id autem abest quam longissime à vero; quia Christi praecipuum nequaquam perpetuum fuit; ut SS. Ioan. Chrysostomus,

Calceos septem diebus ferri in baptisio deponendi, & postmodum Ecclesiae relinquiendi mos veterum fuit.

Calceorum usus cur, & quando desierit.

Calceis veteres Christiani vsi sunt.

Augustinus explicarunt: Apostolosque calceos tulisse, verba Act. 12. significant: dum Angelus Petrum alloquitur: *Ἐξουδυνε τα κάλαρα τὰς τῶν, id est, ut ait noster interpres, calcea te caligas tuas:)* nihilominus fieri potuit, ut calcei baptizatis darentur: non ut eos perpetuo deferrent, sed ut septem diebus post baptismum induerent: quemadmodum de veste candida, mystico velamine, cereo, ac corona contigit.

Olim decem siliquas baptizatis datus esse: cuius consuetudinis, & ratio extus ostenduntur.

CAP. XIX.

Sequuntur decem siliquæ, quas baptizato Pontifex dabat. In quarum ego tractatione, vix credat lector, quam inuito animo vester: videntur enim plus admirationis habere, quam fidei: & recte viderentur, nisi ita rem se habere, veterum Patrum testimonia declararent. Succurrit enim Ordinis Romani auctoritas tit. de sabb. sancto: ubi ille describens, quomodo Pontifex sacra baptismi munera obeat, *egreditur, inquit, a fonte in sacrarium, habens ibi compositam sedem, ut in Ecclesia, ubi voluerit, & sedeat in ea, & cum vestiti fuerint infantes, confirmet eos. Et deportantur ipsi infantes ante eum, & dat singulis stolam candidam, & chrismale, & decem siliquas, dicens: accipe, &c.*

Episcopus dabat decem siliquas baptizato.

Quæ omnia ferè ad verbum Albinus Flaccus desumpsit, & Ecclesiæ seruanda tradidit lib. de Diuin. Offic. cap. de sabb. S. Pascha, ita scribens: postquam vero vestiti fuerint, deportantur ante Pontificem ad confirmandum: quibus dat singulis stolam candidam, chrismalem, & decem siliquas, & sic vestiuntur. Quid clarius, aut ad rei proba-

Quid esset siliqua.

Causa dandi siliquas baptizatis.

Cap. 2: Parochis vetitum est, munera in baptismo accipere.

tionem testatius dici potuit? Erat vero siliqua, minimi valoris pecunia, quæ cum nostro ætiorum genere comparata, vigesimam solidi partem, ad pondus autem redacta, scrupuli sextam partem, dragmæ vero decimam octauam conficiebat: vt Budæus, & reliqui vetustatis indagatores docuerunt. Cuius causam si quis à me sciscitetur, respondebo fuisse, vt delerent eam maculam, quam Christianorum nomen susceperat, eos res diuinas pretio venales habere; & vt ostenderent, se magis salutis hominum causa, quam rei familiaris augendæ, ad Christi fidem sollicitare. Quæ de causa etiam nummos, baptizanti dari solitos, accipi vetitum fuisse, libro præcedenti docuimus. Ex quo discere debent nostri temporis Parochi, quam alacres esse oporteat in rejiciendis muneribus, quæ à susceptoribus offeruntur; sicut illis à S. CAROLO, & FEDERICO, binis Ecclesiæ nostræ luminibus, sapienter prescriptum est. Hac enim ratione non modo sordidæ auaritiæ omnem à se suspensionem remouebunt; sed etiam veteri consuetudini congruenter facient, quæ post Albini tempora paulatim desuit; cum adulatorum baptismo finis impositus est.

De cereo baptizatorum; eius ritum veterem
esse, non tamen ab Apostolis
institutum.

CAP. XX.

Amplius dicendum videtur de cereis, qui Mos dandi
accensi in manum à ministro dabantur, cereum ba-
ptizatis.
more non quidē ab Apostolis petito, cum nec
ipsi, nec eorum æquales illius meminerint, sed
veteri tamen, & multorū Patrum testimoniis
comperito; vt eos legentibus patet. In primis
namque S. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in
hanc. bapt. cupiens vniuersos homines Christo
lacrificare, baptismi cæremonias, quæ vim
maximam habent suæ dignitatis ostendendæ,
veluti autē oculos ponit in quarum numerum
etiam cerei gestationem refert his verbis: ca-
terum illud ex me intelligas velim: statio hæc, qua
confestim à baptismo ante magnum sacrarium sta-
bitur, futura vitæ gloriam præsignat; psalmorum can-
tatio, cum qua accipieris, illius hymnodie prelu-
dium est, lampades, quas accendes, illius luminum
gestationis figuram gerunt, cum qua splendida, &
virgines animæ splendidis fidei lampadibus Christo
sponso obuiam prodibimus. Ad cuius loci explica-
tionem rectē Nicetas Serronius addit: quod
post baptismum ante altare collocaris, futura vitæ
gloriam, & propinquitatem apud Deum indicat:
psalmodia autem lætæ, & festiuum illius seculi
lunum: lampades vero illam luminum gestationem,

cum qua iuxta Evangelicam parabolā Christo sponsa
 occurremus, velut sponsa virgines claras fidei lam-
 pades habentes, ac copiosum bonorum operum oleum.
 S. vero Cyrillus Hierosolymit. in procatech.
 cum baptizatos admonere vellet, ut in iis, quae
 sancte, & religiosè sponderant, fidem ser-
 uarent, atque eam vitam instituerent, quam
 sanctissima Christiani nominis professio, &
 adhibita caeremonia postularent, cerei haud
 obscuram mentionem facit, ita scribens: iam
 est beatitudinis odor in vobis: o illuminati: iam spiri-
 tales colligitis flores ad plendendas caelestes coronas:
 iam Spiritus sancti spiravit fragrantia: iam circa
 porticum regalis palatii fuistis; Vinam vero & ad
 ipso rege introducaminis. flores nunc arborum appa-
 ruerunt; vinam vero & fructus percipiatur: nomi-
 na iam in Christi militiam vocati dedistis, & sponsa-
 les lampades vobis donata, & regni caelestis deside-
 rium, bonumque propositum, & spes subsequens, &c.
 Et catech. 1. mystag. eosdem baptizatos a quo
 ad pietatis Christianae cultum, piamque mo-
 rum disciplinam inuitans ait: qui fidei lampa-
 des nuper accendistis, nunc non extinctas easdem ma-
 nu tenendo custodite, &c. Quare prudenter Chri-
 stianorum pueri, & ultra quam eorum aetas
 postulare, cum Hebraeorum puerum, iocandi
 specie, aqua salutari tinxissent, consuetae cae-
 remonias imitandi cupidi, tenue lignum loco
 cerei in manum dedere; vt est apud Nicepho-
 rum Callistum lib. 3. cap. 37. Christianorum, in-
 quit, pueris Hebraeus puer familiaris erat; hunc per
 ludum pueri nudum ad mare stantem baptizauerunt;
 & qui circa haec frequentatur, imaginari a-

melli factis, in capite eius arcanam, mysticamque ga-
 lam adumbrarunt. Deinde pro cereo dextram ligno-
 rum armantes, qua eius sacri ritus sunt, mysteria
 omnia absoluerunt. Hinc Gregorius Turonensis
 lib. 4. hist. cap. 11. cum narraret diuinam sua-
 uitatem, & gaudium, quod Auitus Episcopus
 in eodem mēris sensu percepit, quando Hebræo-
 rum multitudo ad baptismum cōfluxit, totam
 ciuitatem cereis ardentibus flagrauisse testa-
 tus est. Scribit enim: gaudius autem Pontifex
 nocte sancta Pentecostes vigiliis celebratis, ad
 baptisterium foras miranum egressus est: ibique om-
 nis multitudo coram eo prostrata, baptismum flagi-
 tauerat. At ille pro gaudio lacrymans, cunctos aqua
 deluens, chrismate liniens, in sinu matris Ecclesie
 congregauit: flagrabant cerei: lampades resulge-
 bant: albicabat tota ciuitas de grege candido. For-
 tunatus poeta fere idem confirmat lib. 4. car-
 min. de iisdem Iudæis ad Christi fidem ad-
 ductis:

*Vndique rapta manu lux cerea prouocat astra,
 Credas ut stellas ire trahendo comas.
 Lacteus hinc vestis color est, hinc lampade fulgor
 Ducitur, & variolumine picta dies.
 Nec fistula minus, quam tunc fuit illa cornicans,
 Diversis linguis que dedit una loqui.*

Simeon autem Metaphrastes Cōstantini Ma-
 gni laudes enumerans, tradit, eum & facul-
 tatem fecisse Christianam fidem amplecten-
 di, qui vellent, & etiam nummos pauperibus
 ad vestis candidæ, cereique vsum, liberali
 charitate erogasse. Ex quo morem baptiza-
 tus dandi cereos perspicuè sequi, nullus, qui

Constātin
Magni edi-
ctum pro
fide Chri-
stiana.

rationem secum habeat, inficiabitur. decrevit
autem (inquit de vit. S. Syluest.) *ut, qui vellent,
secure possent religionem eligere Christianam, & ad
Christi fidem accedere, & baptizari, impensis, qua
fiebant ad illuminationem, & veste suppeditata ex
thesauris Imperatoris. Sed & aliis testimoniis id
probare facile est. Nam Iuo Carnotensis serm.
de sacram. neophyt. vbi exorcismum, aliaque
baptismi ceremonias ritè persecutus est; tum
subdit: ad vltimum datur cereus ardens in manus
baptizati, quatenus implere doceatur illud Euan-
gelij: sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant
opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui
in caelis est. Quod illdem ferè verbis Hugo Vi-
ctorinus repetit lib. de sacram. c. 20. inquit:
ad vltimum datur cereus accensus in manum eius,
quatenus illud Euangelij implere doceatur: luceat
lux vestra coram hominibus, ut videant opera ve-
stra bona.*

*Baptizatorum seruis cereum datum fuisse; & nam
aliquando lampas, vel lucerna, an semper cerei
dati fuerint; curque in baptismo ce-
reorum mos irrepserit.*

CAP. XXI.

Cereus da-
batur etiā
seruis bap-
tizatorum.

Quid quod, non modo baptizatis ipsum
cereum, sed etiam seruis, & aulicis da-
tum fuisse, legimus? Nonne plane fidem ex-
cedit? Sed ita tamen in Theodosij Iunioris
baptismo contigisse, planum est: quem ad-
modum

modam Epistola M. Gazensis ad Archad. Imperat. testatur, quam refert Baronius ad ann. Christi 401. his verbis: baptizato Iuniori Theodosio, & ab Ecclesia egresso in palatium licebat rursus intrare decorem eorum, qui praeerant multitudini, & vestem eorum resurgentem. erant enim omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse niue repleta. procedebant autem patricij illustres, & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes ceteros, ut putarentur astra cerni in terra. Hoc autem Theodosij exemplum non singulare, sed ex communi eius temporum ritu ductum esse videbitur, si probabili argumento, & coniectura ut liceat, quam convenientia, atque opportunitas suggerit, ut, cum tempore tristi veteres Christiani serpos atra, lugubriq; veste induerent, sic in rebus laetis non modo vestem, sed & quaecunque gaudium significant, iisdem praeberent. Quoniam tamen multi veterum Patrum non cereos, sed lampades baptizatis datas fuisse, tradiderunt, ut S. Cyrillus Hierosolymitanus in procarech. sponsales lampades vobis donata, & catech. i. mystagog. qui fides lampades nuper accendisti, S. Gregorius Nazianzen. orat. 40. in sanct. baptis. lampades, quas accendes, illius luminum gestationis figuram gerunt, cum qua splendida, & virgines animae splendidis fidei lampadibus Christo sponso obuiam praedibimus, & Niceas Serronius in eand. Gregor. orat. lampades yero illam luminum gestationem, &c. definire oportet, semper ne cereus, an interdum lampas, aliusne ex oleo lychnus baptizatis daretur: & quamvis ea quaestio difficultate non careat.

Cereus se-
per, non-
quam vero
lampas, aut
Lucerna ba-
ptizatis da-
batur.

Lucernariū
curia di-
ctum.

propter Cyrilli, & aliorum auctoritatem: me-
men puto, semper cereum baptizatis datum
fuisse, non modo quia plures scriptores cereum
quam lampadis, aliorumve similibus memi-
nere; aut quod cereus commodius dari, sicut
que potuit, quam lucernæ, olei plenæ: sed et
quoniam cerei mos apud omnes Ecclesias re-
get. ex eo autem, quod nunc fit, eius, quod
lias factum est, cognitione assequi possumus.
Cyrillus igitur, Gregorius, & Nicetas cum li-
padum mentionem fecerunt, illud solummo-
do significauere, baptizatis lumen à ministro
præberi, nihil de nomine, aut vocis proprie-
tate curantes, quod ad rem suam nequaquam
faceret, & vnum pro altero usurparetur: ut
plane tractatu de precibus horariis ostenditur.
Lucernarium sic dictum à lucernis accensis: cum
tamen plerumque cerei, raro lucernæ accen-
derentur. & ipsemet Nicetas in orat. 39. S. Gie-
gorij Nazianzeni. de baptizatorum luminibus
loquens, faces appellauit: *baptismus porro lano-
num nomine appellatur, quod purget, & illud
quo etiam fit, ut faces eo tempore in latina signum
accendamus: cum faces fustes incisi, & cetera, vel
oleo inuncti forent, qui præcipue in Genti-
lium nuptiis, nunquam in Christianorum sa-
cris adhibebantur. Ex quibus intelligi potest,
voces, quæ lumen significabant, a veteribus
scriptoribus promiscue usurari solitas esse.
quod adhuc clarius Fortunatus poeta declara-
uit lib. 4. carmin. qui, cum ceream lucem no-
minasset, postea lampadem, siue lumen vocat
his verbis:*

Vndique rapta manu lux cerea prouocat astra,

Credas vt stellas ve trahendo comas.

Lactens hinc vestus color est, hinc lampade fulgor

Dicitur, & variolumine picta dies.

Quare Rabanus Maurus, Ecclesiasticorum rituum scientia in primis illustris, vt hunc commentum scribendi morem innueret, quos antea cereos appellarat, lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 19. lumina nuncupat; dum ait: per VII. dies in Angelico castitatis habitu, & luminibus celestis claritatis sanctis assistere mysteriis solent. Verum quid fuerit causae quamobrem cereum dari institutum sit, praclare ab Iuone Carnotensi explicatum est serm. de sacram. Neophyt. cum ait: ad ultimum datur cereus ardens in manus baptizati, quatenus implere doceatur illud Evangelij: sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Nimirum vniuersa Gentilium colluuias in Christianorum, vitam, moresque animi, & oculos intendebat: ideoque admonendi erant fideles, vt Christianae vitae officii fungentes, ad omnem virtutem, & charitatem suo exemplo alijs praelucent: vitaeque suae splendore, caelestis illos sapientiae luce illustrare, atque e tenebris peccatorum ad claritatem diuinae gratiae euocare conarentur. Quam etiam rationem considerasse videtur Hugo Victorinus li. de fact. c. 20. cum dixit: ad ultimum datur cereus ardens accensus in manum eius, quatenus illud Evangelij implere doceatur: luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. & ante vtique Seuerus Alexandrinus li. de bapt. vbi

Cereus datur, vt exemplo alijs praelucent.

Ccc ij

baptizatos ad vitam purè, & castè colendâ
 inuitat: *immutate vestimenta vestra, & candidi
 estote in modum niuis, ac in similitudine Angeli-
 rum splendor vestros illuminare. nullus enim, qui
 ratiocinandi facultate præditus sit, non videt,
 vestimentorum quidem nomine vestes cædidas,
 splendorum vero cereos intelligi, quod splen-
 deant; & sicut illæ conscientia nitorem signi-
 ficant, sic hos ad piarum actionum splendori,
 qui in baptizatis inicare debet, indicandum
 referri. Similis huic rationi videtur illa, quam
 S. Gregorius Nazianzenus assertorat. 40. in
 sanct. bapt. vbi tradit, eum piarum actionum
 splendorem significari, cum quo animæ solute
 vinculis emergentes è tenebris, concretum, &
 mortale corpus relinquentes, nactæque libe-
 rum cælum, atque lucem, imitat Evangelij vir-
 ginum, Christo sponso obuiam prodibant. id-
 eoque ab eo dictum est: *lampades, quas accendit,
 illius luminum gestationis figuram gerunt. cum quæ
 splendide, & virgines animæ splendide fidei lam-
 padibus Christo sponso obuiam prodibunt. Quod
 explicans Nicetas Serronius, inquit: quod post
 baptismum ante altare collocaris, futura vita geris,
 & propinquitatem apud Deum indicat: *palmas
 autem latum, ac festiuum illius seculi sonum; lam-
 padem vero illam luminum gestationem, cum quæ
 iuxta Euangelicam parabolam, Christo sponso occur-
 remus, velut sponse virgines claræ fidei lampades
 habentes, & copiosum bonorum operum oleum. Ve-
 rum inter cerei dandi rationes, haud postremum
 locum obtinet, quæ a S. Cyrillo Hierosolymi-
 tano innuitur pro catech. ad baptiz. dum ait***

Alia causa
 dandi ce-
 reû, priori
 similis.

nomina iam in Christi militiam vocati dedisti, & sponsales lampades vobis donatae. Ibi enim Auctor demonstrat, spirituales nuptias, quas anima baptizati cum Christo contrahit, significatas esse. quod & verissimum est, & a Gentilium ritum profectum, qui nouis nuptis tædas præbebant. Non desunt tamen, qui existiment, ardentis cereo significari tres Theologicas virtutes, quæ per baptismum nobis infunduntur, vt fidem in lumine, charitatem in splendore, spem in recta altitudine exprimaunt. Ex eorum numero idem S. Cyrillus Hierosolymitanus existit, qui eadem pro catech. ad baptis. inquit: flores nunc arborum apparuerunt, vinam vero & fructus percipiat: nomina iam in Christi militiam vocati dedisti, & sponsales lampades vobis donatae, & regni cælestis desiderium, bonumque propositum, & spes subsequens. Vbi spei, & charitatis aperta mentio est; sicut fidei catech. i. mystagog. meminit illis verbis: qui fidei lampades nuper accendisti: nunc non extinctas easdem manu tenendo custodite. quin & S. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in sanct. baptis. & Nicetas Serronius in eand. orat. S. Gregorij id ipsum declarant: dum ille quidem splendidis, inquit, fidei lampadibus, hic autem, claras fidei lampades. siquidem lampades ab utroque pro cereis positas esse, monuimus. Multis quoque probabile videtur, splendidissimum cæli domicilium, in quod baptizati, si virtutes, Christianæque vitæ officia sancte coluerint, vita sancti recipientur, indicatum fuisse, quod innuit Rabanus Maurus lib. 2. de Instit. Cleric. ca. 39. cum inquit: tunc maxime, etc.

Ccc iij

Cereus significabat, animam baptizati nuptias cum Christo contrahere. quarta causa dandi cerei, vt tres virtutes Theologicas indicaret.

Quinta causa dandi cerei, vt beata vitæ, qua baptizati pie viuentes potentur, argumentum esset.

dum alba tolluntur à baptizatis vestimenta, per manus impositionem à Pontifice Spiritum sanctum accipere, conueniens est, qui in baptismo omnium receperunt remissionem peccatorum, & per septem dies Angelico castitatis habitu, & luminibus celestis claritatis sanctis assistere sacrificiis solent, quid enim aliud posterioribus verbis significat, quam ritum septem diebus post baptismum ad Missæ sacrificium religiosè conueniendi? quis vero Angelicus castitatis habitus, nisi vestis candida? aut quæ celestis claritatis lumina, nisi cereus? Alij etiam putant, baptizatos ad spirituales lætitiâ inuitatos fuisse. Quæ sententia est Nicetæ Serronij in S. Gregor. Nazianz. ora. 39. in sanct. lum. vbi ait: *baptismus porro luminum nomine appellatur, quod purget, & illustret. Quæ etiam fit, ut faces eo tempore in lætitiâ signum accendamus.* Huius autem rationis fundamentum à communi hominum more ductum est: quod in omnibus rebus lætis, & secundis cereus accendi solitus esset. Sic Prouerb. 21. legitur: *lucerna impiorum peccatum, id est, rei, & peccatores impietate lætantur.* Et Persius grauis, leuissimusque vitiorum sui temporis castigatorem, & censor, Romanorum leuitatem reprehendens, qui se Iudæorum superstitionibus obligauerant, Satyr. 5. canit:

*Cum Herodis Venere dies, unctaque fenestra
Imposita pinguem nebulam vomere lucerna,
Portantes violas, rubrumque amplexa catinum
Cauda natat thynni, sumet alba fidelis vinctus,
Labra moues tacitus, recutis que sabbata pulles.*
Multi præterea alij eiusdem moris meminere,

Sexta causa dandi cerei ut lætitiâ spiritualis ostendatur.

Cereus accendi solebat in omnibus rebus lætis.

Virgilius li. 4. Aeneid. Catullus in carm. nup.
Varro de vit. Pop. Rom. cap. 35. Seuerus Sul-
picius lib. 2. histor. S. Ambrosius de institut.
virg. cap. 17. S. Hieronymus lib. aduers. Vigi-
lant. S. Cyrillus Alexandrinus Epist. 34. & B.
Lidorus Hispalensis lib. 7. orig. cap. 12. quo-
rum de hac re verba studio breuitatis omit-
to. cerei solummodo causas prodidisse con-
tentis.

De baptisinalium cereorum magnitudine, & for-
ma; accensi ne in manum darentur, an extin-
cti; num in dextram, an in sinistram; & an
semper in baptizatorum manum, an aliquan-
do in susceptorum, vel seruorum; item quis il-
los emeret; & quandiu, ac unde accendi so-
lerent.

CAP. XXII.

AD ea nunc lectores animum adiciant
qua de cerei magnitudine veterum Scri-
ptorum lectio, siue coniecturae mihi suppedi-
tant licet enim ille quam latus, vel longus fue-
rit, ex nemine potuerim expiscari; tamen iusta
longitudinis, & latitudinis fuisse, multis ratio-
nibus mihi persuadeo. primo enim diu accen-
sus tenebatur, cum inter missarum solennia
eius diei, quo fidelium greges vitam spiritua-
lem & baptisinali fonte hauriebant, & septem
sequentium arderet; & cum eodem bapti-
zati totidem diebus ad Ecclesiam irent,
Ccc iij

Cereus e-
rat iustae
magnitu-
dinis.

redirentque. Ex quo sequitur, ipsum in non
mediocrem longitudinem erectum fuisse. ali-
ter tam diuturno splendori alimentum sufficere
nequiuisset. Deinde S. Gregorius Nazianze-
nus orat. 40. in S. baptis. & Nicetas Serronius
in eand. orat. S. Gregorij *lampades*, plurali nu-
mero vocauerūt: *lampades*, inquit primus, *quos*
accendes; & alter: *lampades vero illam luminis*
gestationem, &c. cur autem, illos plurali nume-
ro vfos fuisse, putamus: cum de vno baptizati
cereo sermo esset: nisi vt ostenderent, ipsum
præ magnitudine tantum luminis edidisse, vt
plures viderentur. Hæc sane coniectura eo mi-
nus veritati repugnare videtur, quod Fortu-
natus poeta lib. 4. carmin. cum de Hebræorum
baptismo loquitur, narrat, cereos, qui singulis
baptizatis dati fuerant, id splendoris emisisse,
vt cum stellarum lumine contenderent. canit
enim:

Vndique rapta manu lux cerea prouocat astra,

Credas vt stellas ire trahendo comas.

splendoris autem magnitudo cerei latitudinæ
demonstrat: cum altera alteram quasi umbra
corpus subsequatur. Verum illustrior eiusdem
rei significatio facta est ab Albino Flacco lib.
de Diuin. offic. cap. de sabb. in Alb. vbi cereum
ipsum *columnam* vocat his verbis: *baptizati de-*
euntur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illumina-
nata precedente eos. ex voce enim columna rem
ingentis magnitudinis inferri, nemo sa-
piens inficiatur. Sed de hac magnitudine po-
test incidere quæstio, num eadem omnium
baptizatorum cerei constarent, an diuites qui-

dem maiori, pauperes vero minori vterentur. quæ nec ab ullo, quem sciam, aperte significata fuit, & iis coniecturis caret, quibus altera pars tuto sustineri possit. ad probabiles igitur confugiam, & quidem vtar iis, quæ omnes cereos eiusdem magnitudinis fuisse, declarant. illæ vero peti possunt non solum ex rei ipsius congruentia, ne videlicet in salutis humana sacramento maioris, aut minoris discrimen esset: verum etiam ex communi omnium Patrum silentio, qui cum sæpe de Principum Regumue cereis loquerentur, ne verbum quidem ad eorum magnitudinem ostendendam fecerunt; atque ex ipsorum cum veste candida, mystico velamine, calceis, & corona, aliisque baptismi ritibus comparatione, in quibus eadem pauperum, & diuitum ratio olim fuit. Sed, cereorum magnitudine exposita, quæ fuerit eorum forma, lectoribus tradendum est; quam ipsimet tamen ediscere poterunt ex verbis Albini Flacci lib. de Diuin. Offic. ca. de sabb. in Alb. quæ paulo ante citauimus. Nam, cum ille scribat, *baptizari ducuntur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminata precedente eos*, satis indicate videtur, cereos rotundos fuisse: quoniam columnam eam speciem refert. quamuis autem SS. Cyrillus Hierosolymitanus, & Gregorius Nazienzenus innuerint, cereos à baptizatis accensos fuisse; quod argumento est, ipsis in manum extinctos datos esse; tamè haud ita illos interpretari oportet, quasi morè cereos baptizatis extinctos dandi docuerint; sed vel quia ipsos diu accensos manibus fere-

Omnes baptizatorum cerei erant eiusdem magnitudinis.

Cerei erant rotundi.

^a Catech. r. myst. ^b Orat. 40. in sanc. bap

Cerei da-
bantur in
manum ac-
censi.

bant, vel, cum accensi in manum dati essent, postea extinguebantur, & rursus accendi solebant. nam cereorum, qui accensi in manum dabantur, Iuo Carnotensis serm. de sacram. Neophyt. Hugo Victorinus lib. de sacrament. cap. 20. alique plures meminerunt: quorum verba huc afferre, quoniam precedentibus capitibus, & subsequentibus citata fuerunt. inanis, & superuacanea esset diligentia. Adhuc potest Ecclesie nostrae consuetudo, quae dum infantes salutare lauacrum percipiunt, cerei accensi in manum susceptoribus dantur, quod cum antiquae consuetudinis vestigium sit; debitare non possumus, quin olim cerei in manum accensi dari consueuerint. Videamus igitur, quod superest; ac primo quidem de dextera vel sinistra quaeramus, si quid ratione, vel testimoniis assequi possumus. Videntur autem cerei in dexteram dari, non tam propter facilitatem ipsorum usum, quem dextra praebebat, quam quod a Nicephoro Callisto ita significatum fuit lib. 3. histor. c. 37. nam referens ceremonias, & ritus, quibus Christiani pueri, dum Hebraeum puerum ludentes baptismo perluerent, vti fuere, exiguum lignum cerei loco illi in manum dextram praebuisse, docet his verbis: *Christianorum pueris Hebraeus puer familiaris erat: hunc per ludum pueri nudum ad mare stantem baptizauerunt: & qui circa haec frequentatur, imaginario amictu facto, in capite eius arcanae, mysticamque galeam adumbrarunt. Deinde pro cereo dextram ligno tenui armantes, quae eius sacri ritus sunt, mysteria omnia absoluerunt.* Ex quibus posteriori-

Cerei da-
bantur in
manu dex-
tram.

bus apertè colligitur, eos pueros consuetas ba-
 ptismi ceremonias adhibuisse. quod si qui a-
 nimaduverterint, non erit, cur singulare puero-
 rum exemplum ad communem Ecclesie mo-
 rem demonstrandum minime valere, existi-
 ment. Eiusdem etiam rei veritas alia ratione
 probati potest, quod quicumque cerei in ma-
 num dati meminerunt, nusquam manus fini-
 strae mentionem fecere. atqui tritum est phi-
 losophorum decretum, a nobiliori denomina-
 tionem fieri. nobilior autem humani corporis
 pars est manus dextra, quam sinistra. igitur, cū
 cereum in manum datum legimus, de dextra
 intelligere oportet. Rursus hic definiendum
 videtur, cerei ne semper in baptizatorum ma-
 num, an aliquando in susceptorum, vel seruo-
 rum dati fuerint. difficilis sane quaestio, in qua
 significanda veteres scriptores minime labo-
 rarunt. probabili tamen argumento facile as-
 sequar, ut alteram partem quaestionis omnes
 tueri possint. nam, si rationem in cōsiliū ad-
 hibere velimus, haud dubitamus, quin ipsismet
 baptizatis, in quo cunque ordine, vel aetate cō-
 stituti essent, (præter infantes, qui quoniam
 cereum manu tenere non poterant, eorum
 vice susceptores fungebantur) cerei in manum
 dati consueverint. Siquidem de viris principi-
 bus argumentum est cum veterum Ecclesie
 scriptorum consentiens autoritas, qui, quo-
 ties baptismi eorum meminere, iisdem, quibus
 alios, ceremoniis illos subiecerunt, tum æqua
 cerei cum aliis Baptismi ceremoniis ratio: ut,
 quoniam nulli alterius adulti vice reliqui ritus
 administrabantur, æquū fuerit, etiam cereum

Cerei sem-
 per ipsi
 met bap-
 tizatis in ma-
 num daban-
 tur.

ipsum baptizatis præberi. de parvulis autem præter allatas coniecturas, ex eo etiam intelligi potest, quod simile exemplum narrat Nicephorus Callistus lib. 3. histor. cap. 37. cuius verba paulo superius attulimus, ut ea repetere non tam molestum, quam inane sit futurum. Quoniam vero alibi demonstratum est, à quibus vestis candida emeretur, idem etiam de cereo tradere oportet, ut lectores huius ceremonie dignitatem magis intelligant. Igitur existimare debemus, divites suis sumptibus com-
parasse. Quod quidem iis facile probari poterit, qui, eandem vestis candidam, & cerei rationem esse, fatebuntur; cum & illam sibi divites emisse, supra satis, superque ostensum sit. Contra vero pauperibus ex Ecclesie bonis suppeditatum, cum eadem vestis candida, & cerei similitudo, tum multa veterum scriptorum testimonia declarant. Etenim Simeon Metaphrastes de vit. S. Sylvest. præter alia egregie pietatis argumenta, tradit, Constantinum Magnum, quò facilius homines relictis patris ritibus, Christianæ religioni addicerentur, sumptus ad vestem candidam, & cereum emendum necessarios ex regio arario subministrari voluisse: decrevit autem, inquit ille, ut, qui vellet, securè possent religionem eligere Christianam, & ad Christi fidem accedere, & baptizari, impensis, quas fiebant ad illuminationem, & veste suppeditata ex thesauris Imperatoris. Et S. Cyrillus Hierosolymitanus in procatech. cupiens baptizatos adhortari, ut vitam purè, castè, ac religiose agerent, mentemque & animum ab omni peccati

Diuites emebant cereum suis sumptibus.

Cereus pauperibus suppeditabatur ex Ecclesie bonis.

abe purum adiutrice Dei gratia, tuerentur, nō modo præclaram illam sponſionem, & Chriſtianam profeſſionem, quam in baptiſmo ediderunt, ſed etiam cereum, dono acceptum, in mentem reuocat his verbis: iam circa porticum regali palatii fuiſti, & inam vero & ab ipſo rege introducamini. flores nunc arborum apparuerunt: & inam vero & fructus pericipiatur. nomina iã in Chriſti militiam vocari dediſti, & ſponſales lampades vobis donata, & regni celeſtis deſiderium, bonumque propoſitum, & ſpes ſubſequens. Tam verò quãdũ cereus accenderetur, & primum quidem de eius extinãtione dicendum eſt. Hæc autem inter baptiſmi ſolennia fiebat, ad ſacerdotis vocem cereo in aquam merſo, vt ſanãti Spiritus vim, & robur aquæ impertiri, oſtenderetur. Quod Amalarius Fortunatus docet, ex quo hæc de prompſi lib. 1. de Eccleſ. Offic. cap. 26. *Et ante voce ſacerdotis, vt deſcendat virtus Spiritus ſanãti in aquam, cerei neophytorum deponuntur in aquam. quare hoc niſi vt demonſtretur modo cereus ſignare Spiritum ſanãtum?* Quando autem rursus accenderetur, idem eodem loco declaratur, dicens: *ſine lumine eſt cereus neophytorum uſq; ad tempus, quo ceteri cerei Eccleſiæ illuminantur. Et clarius ca. 30. quod illuminatio cereorum ſecundum libellum Romani Ordinis expeãtatur uſq; ad Agnus Dei, hoc demonſtrat, quod per illum agnum, qui tollit peccata mundi, vnus quiſq; lumen accipere debet. Et de ord. Antiphonar. cap. 44. reſeruetur ignis de ſexta feria, vt illuminetur cereus, qui ponitur in vice columnæ ignis ad benedicendum, qui ab initio benedictionis illuminatus eſt, & ſcum benedictus eſt,*

Cereus extinguebatur inter baptiſmi ſolennia, & in aquam mergi batui.

Cereus baptizatorum rursus accendebatur.

ab eo illuminetur secundus cereus. cætera luminaria
 extincta permaneant vsque ad nouissimam litaniã
 qua pertinet ad officium Missæ de resurrectione Do-
 mini: tunc accendantur luminaria Ecclesiæ, & neo-
 phytorum, ut significatur resurrectione Christi de ter-
 ra illuminandum orbem terrarum. Albinus etiam
 Flaccus aliquanto ante hanc consuetudinem
 tradidit lib. de Diuin. Offic. cap. de sabb. Sanc.
 Pasch. ubi inquit: tunc egreditur Pontifex de sacra-
 rio cum ingenti decore, & prædicta cerea lata ante il-
 lum cum thymiamateriis: & cum dixerit solum
 Agnus Dei, dicat cantor excelsa voce, accendite: tunc
 primum illuminantur omnes cerei neophytorum,
 quos manibus tenent, demonstrantes huc, quod per
 illum Agnum, qui tollit peccata mundi, unusquisque
 quæ lumen accipere debeat. Et infra: sine lumine
 enim sunt vsque ad hanc horam, quæ ceteri cerei illu-
 minantur Ecclesiæ, ea videlicet causa, ut prius acci-
 piamus impositionem manus Episcopi, & sic eos crede-
 mus illuminari spiritu sancto. Quibus Amalarij
 & Abini testimoniis ea sententia subiecta est,
 cerei illuminationem primum quidem ex ig-
 ne sextæ feriæ, qui consulto ad hanc rem ser-
 uabatur, fieri solitam; deinde vero ad Agnus
 Dei, & litaniam de Christi resurrectione, sa-
 crique chrismatismatis vnctionem dilatam fuisse, ut
 demonstrarent, cum per illum Agnum, qui
 scelera nostra expiat, unumquemque fidei lu-
 men accipere, tum Christi resurrectione in or-
 bem vniuersum Euægelij faces illatas esse, tum
 etiam baptizatorum pectori vim, & lumen
 sancti Spiritus superfundi.

Cereus ex
 igne sextæ
 feriæ accē-
 debatur, &
 eius illumi-
 natio vsque
 ad Agnus
 Dei differe-
 batur, &
 quare.

Decretis, nam sacris de more verbis expiarentur,
 questum; ac illos septem diebus ferendi
 consuetudo explicata.

CAP. XXIII.

Cuius quidem perfectiorem tractationem
 si quis desideret, addenda erit illa curiosa
 questio, quam de candida veste institimus,
 an baptizatorum cereis sacerdos de more be-
 nedictionem impertiret. Cuius solutionem
 varia in utramque partem argumenta diffi-
 lem reddunt. Nam, cum nullus veterum Patrū
 benedictionis meminerit, satis argumento vi-
 detur a p̄sac̄ religionis cultoribus omissam adhibere-
 fuisse. Rursus, cum rationes, quibus, vestem turincer-
 candidam solenni prece a profano v̄su exem-
 ptam esse, dictum est, mecum reputo, facere
 non possum, quin, cereo solennem expiatio-
 nem adhiberi cōsuevisse, existimem. Cur enim
 potius sali, vesti, lacti, & melli, aliisv̄e similibus
 sacerdos bene precaretur, quam cereo? aut
 quam rationem, vel gravitatem in veste finge-
 re possumus, qua non maior etiam in cereo e-
 luceat? Verum, utrumq; sic (conjectura enim
 certitudinem non pariunt) ad tempus accen-
 damus, quo baptizati cereum accensum ma-
 nibus gestabant. Nullus autem dubitandi lo-
 cus relinquatur, quin, sicuti vestem albam, ita
 cereum septem diebus, ex veteri Ecclesiæ in-
 stituto detulerint. Sic enim ex Albino Flacco
 colligitur Epist. ad Carol. Mag. dicente: *tunc*

An cereis
 benedictio
 adhibere-
 tur incer-
 tum.

Cereum fe-
 rebant bap-
 tizati septē
 diebus.

maxime, cum alba tolluntur vestimenta a baptizatis, per manus impositionem a Pontifice accipere Spiritum sanctum conveniens est, qui in baptismo omnium receperunt remissionem peccatorum, & per septem dies in Angelico castitatis habitu, & luminibus cœlestis claritatis sanctis assistere sacrificii solent. Et lib. de Divin. Offic. cap. de Sabb. in Alb. cum vestis candidæ usum descripsisset, nostri, inquit, baptizati dicuntur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminata precedente eos, unde intelligitur, ad nullos alios usus in quibuslibet locis eam debere accendi, nisi in recordatione luminis Spiritus sancti, dum itur ad Ecclesiam. Eodem pertinent Amalarij Fortunati verba lib. i. de Eccles. Offic. cap. 29. ubi candidæ vestis, & cerei myteria exponit: dicam; quid octo dies insinuent, in quibus vestuntur alba vestes, & cerei neophytorum illuminantur, &c. cereos enim illuminari nihil aliud est, quam cereos accensos deferti, quare, sicut alba vestis a baptizatis ferebatur, ita cereos ab iisdem delatos esse, manifestum est, octo autem dierum mentio fit; non quia totidem diebus integris cerei gestarentur, sed quia eorum delatio octo dies participabat, qui septem integri efficiuntur. Clarius autem eadem consuetudinem idem Author explicavit cap. 38. eiusdem libri: cum ait: ipsi defensores sunt baptismalia sacramenta, & cereus, atque patrinus, qui mecum versantur usque ad septimum diem lautionis albarum. Etenim, si cereus, in baptismo datus, septem dierum spatio apud baptizatum manebat, euidenti coniectura intelligimus, ab eo totidem diebus latum fuisse.

Accensio

Accenso cereo baptizatos septem diebus in baptisterio
sacris mysteris interfuisse, ac eum solummodo
ad Ecclesiam prodituros
detulisse.

CAP. XXIV.

Albini tamen prior autoritas diligētius
examinanda est: videtur enim ex ea col-
ligi, baptizatos his diebus singulis, accenso ce-
reo, sacerdoti facienti affuisse, quem imitatus
non minus verbis, quam sententia Rabanus
Maurus lib. 2. de institut. cleric. cap. 39. inquit:
alios septem dies in memoriam eiusdem Dominicae
resurrectionis congrua festiuitate subiungens; quos
VII. dies albas vocitamus propter eos, qui in sancta
nocte baptizati albis per totam hebdomadam utun-
tur vestibus; Et tunc maxime, dum alba tolluntur
ab baptizatis vestimenta, per manus impositionem à
Pontifice spiritum sanctum accipere conueniens est,
qui in baptismo omnium receperunt remissionem pec-
catorum, & per VII. dies in Angelico castitatis habi-
bitu, & luminibus caelestis claritatis sanctis assistere
mysteris solent. Nec queras, quem locum in Ec-
clesia tenerent: satis enim constat, ad fontem
baptismatis steterisse: idque adeo magis intelli-
get, qui S. Ambrosij locum perlegerit cap. 5. de
myster. Pasch. vbi de cereotum splendore ait:
hinc casti patres, pudica etiam matres, nouellam per
fidem surpam prosequuntur innumeram: hinc sub fi-
dei arbore ab vtero fontis innocens cereorum splendes

D d d

Accenso
cereo bap-
tizati septē
diebus mis-
se intere-
rant.

Baptizati
cereo ac-
ce somi-
sam au-
bant in ba-
ptismatis
fonte.

ornatus. Cuius sanè testimonij eo me minus pœnitet, quod clarè demonstrat, a parentibus ad Ecclesiam duci solitos fuisse. Verùm, ut ad

Cur cereus septem diebus ferretur.

cerei septem diebus ferendi consuetudinem, à qua Albinus Flacci autoritas nos reuocauit, redeamus, ea non temere in Ecclesia recepta fuerat, sed graui, iustaq; causa, ut Spiritus sancti, qui fidelibus in baptismo donatur, & luminis effectus in iisdem parit, memoriam eorundem diebus baptizati recolerent. Scripsit enim Albinus Flaccus lib. de Diuin. offic. cap. de sabb. in Alb. nostri baptizati ducuntur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminata præcedente eos. Unde intelligitur, ad nullos alios vsus in quibuslibet locis eam debere accendi, nisi in recordatione luminis Spiritus sancti, dum itur ad Ecclesiam. Porro, quia de tempore gestandi cerei mentio incidit, non ad re fuerit deliberare, in Ecclesia ne solum, & cùm ad eam prodibant, an etiam alibi, quoties domo egrediebantur, cereum manibus tenerent.

Baptizati in Ecclesia ne solum, an etiam alibi cereum manibus tenerent.

Huius quaestionis nullus, quem ego sciam, apertè meminit; sed tulisse tantum, cum ad Ecclesiam ibant, idem Albinus Flaccus eodem loco de Diuin. Offic. cap. de sabb. in Alb. videtur indicare; cum inquit: baptizati ducuntur quotidie ad Ecclesiam columna cerei illuminata præcedente eos, unde intelligitur, ad nullos alios vsus in quibuslibet locis eam debere accendi, nisi in recordatione luminis Spiritus sancti, dum itur ad Ecclesiam. Non solùm enim in fine meminit itineris, quod ad Ecclesiam baptizati habebat, verum etiam paulo antè, ad Ecclesiam ductos esse testatur, quod indicio est, nunquam alias latum fuisse.

Facit etiam ad hanc sententiam coniectura non absurda, quod baptizatos cereis eodem modo vios fuisse, quo susceptoribus Amalarius Fortunatus docuit lib. de Eccles. Offic. ca. 38. ipsi, inquit *de seniores sunt baptismalia sacramenta. & cereus, & patrinus, qui mecum versantur. Vnde ad septimum diem lauationis albarum.* At hos solummodo illis se comites adiunxisse, cum ad Ecclesiam ducendi erant plurima rationes, quæ ex susceptoris dignitate, multiplicibusque eius curis, & negociis petuntur, facile omnibus persuadere poterunt. Sed M. Gazzenis Iaconi, & Fortunati Poetæ autoritate quispiam opponet; quorum alter epist. ad Archad. Imperator. de Iunioris Theodosij baptulimo ait: *præcedebant autem patritij illustres, & omnes dignitas cum ordinibus militariibus, omnes portantes cereos, ut putarentur astra cerni in terra; alter vero lib. 4. carmin. de Iudæis Christi baptulmo initiatis:*

*Vndique raptâ manu lux cerea prouocat astra,
Credas ut stellas ire trahendo comas.*

Ex quibus colligi licet, baptizatorum cereos cum astrorum lumine comparatos fuisse: cumque siderum splendor extra Ecclesiam conspicitur etiam sequi, baptizatos, quoties domo exibant illos tulisse, quasi vero intelligat, quid veteres scriptores animo, menteque agerint, cum cereos sideribus contulerunt; neque enim eorum consilium fuit, cerei quocumque ferendi morem indicare, sed solum splendorem, qui è baptizatorum cereis, dum ab Ecclesia domum reducebantur, emicabat, nobis

significarunt; præcipue vero cum primarius vir, aut ingens hominum multitudo baptisate donabatur. quorum primum M. Gazetis, alterum Fortunati Poetae auctoritas declarat.

An omnes baptizati manibus suis cereum defecum ipsum in baptisterio depositum, atque in Ecclesia usum cessasse.

C A P. XXV.

Cereum ne baptizati tenent omnes suis manibus.

INsuper ea quaestio adiungenda est; an omnes baptizati, cuiuscunque ordinis, & conditionis essent suis manibus cereum gestare tenerentur. portari solum per alios Albinus Flaccus innuit lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabb. S. his verbis: nostri baptizati duntaxat quætidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminati præcedente eos. Nam, si cereus præcedebat, consequens omnino est, baptizatos eum non tulisse. Contrarium tamen idemmet sentire videtur Epist. ad Carol. Mag. de baptismitibus sic scribens: tunc maxime, cum alba tollantur vestimenta a baptizatis, per manus impositionem a Pontifice accipere Spiritum sanctum conveniunt, qui in baptismo omnium receperunt remissionem peccatorum, & per septem dies in Angelico castro habitum, & luminibus celestibus claritatis sancti affluere sacrosperis solent. Vbi videre est, eadem loquendi formula & vestem candidam, & ceream designari, cum tamen illam ab ipsis gestari

litam, nemo fit, qui dubitet. Cum igitur sibi
pugnare videatur, ego, si controuersiam
discriminare mei sit arbitrij, posteriorem senten-
tiam sequi malim; tum quia priorem locum
quis optime explicarit, si dicat, præcessisse ce-
reum, quia gestantis manus subsequens cor-
pus antecedit; tum etiam quod eodem modo
diuites cereo vfos fuisse credimus, quo paupe-
res, quibus seruorum copiam non fuisse, per-
spicuum est. Verum, vbi baptizati cereum de-
ponerent, ad plenam quoque huius ritus tra-
ditionem pertinet. De quo tamen si rerum di-
uinarum scriptores nihil vspiam tradiderunt,
tamen consentaneum erit opinari, prope bap-
tismi lauacrum deposuisse: quod ibidem Missæ
sacrificio interessent, & vestem candidam e-
xuerent. Quo argumento etiam, postquam de-
positus erat, Ecclesiæ vsibus seruatum fuisse,
omnes intelligunt: præsertim cum sit apud A-
malarium Fortunatum lib. 1. de Eccles. Offic.
cap. 38. ipsi defensores sunt baptismalia sacramenta,
& cereus, atque patrinus, qui mecum versantur v-
que ad septimum diem lauacionis albarum. Ex his
enim licet argumentari, si cereus septem die-
bus apud baptizatos manebat, illis transactis,
amplius non fuisse; quod si apud baptizatos
non manebat, consequens est, vt in Ecclesiæ
vsum, atque vtilitatem traditus sit. Aliter, quid
de illo factum fuerit, necesse erit assignare. Cereus ab
vno adhi-
bitus, ab al-
tero adhi-
beri non
poterat.

Cerei de-
poneban-
tur in bap-
tistio.

Cereus de-
positus in
Ecclesiæ v-
sum serua-
batur.

Cerei dan-
di vestigiū
manet in
Ecclesia.

rei pars supererat: quæ aliis septem diebus ar-
dendo sufficere nequibat. Igitur in aliis Ec-
clesiæ usus seruabatur. Nos autem pleraque
horum non agnoscimus, adutorum baptismo
iam diu obsoleto: manent tamen aliqua, qui-
bus veteris Ecclesiæ faciem intueri licet. Nam
& baptizatis adultis cereum in manum da-
mus; & cum pueri sacro lauacro expiantur,
susceptores eundem cereum præ manibus te-
nent. Quod est certissimum antiquæ consue-
tudinis vestigium.

De pace baptizatis impertiri solita.

C A P. XXVI.

Minister
pacē dabat
baptizato.

INerat quoq; in hoc fidei nostræ sacramen-
to insigne mutue fouendæ charitatis argu-
mentum; quod tunc maximè cernebatur, cum
minister baptizato verbis conceptis pacem
nunciabat. Cuius ne qua omnino subsit habi-
tatio, expendat quæso lector, quæ ad eam rem
aptissimè Author Ord. Rom scribat tit. de sab.
S. in die. qui adeo luculenter eum ritum ex-
pressit; vt nihil addi posse videatur. In eius-
dem capitis initio ita positum inuenies. *Pomi-
fex ergo egreditur à fonte in sacrarium, habens ibi
compositam sedem, vt in Ecclesia, ubi voluerit, &
sedeat in ea, & cum vestiti fuerint infantes, confir-
met eos. & deportantur ipsi infantes ante eum, &
dat singulis stolam candidam, & chrismale, & de-
cem siliquas, dicens: accipe vestem candidam, &*

*immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini
 iudicis Iesu Christi in vitam aeternam. pax tibi.* Possu-
 mus tamen ad plenioram eiusdem rei proba-
 tionem alterum testimonium ex Actis S. Lug-
 derti adicere, in quibus metio est, duos ex Fri-
 siae infantibus, quos ille a viro, clericali militie
 nequaquam adscripto, baptizandos curauerat,
 priusquam Confirmationis caractere insigni-
 rentur. pacem ab Episcopo suscepisse, cum
 atone: *est. de im infantibus baptizavit: qui omnes in
 albis defuncti sunt, exceptis duobus, quos sanctus sa-
 cerdos, pace rediit, sancti chrismatu inunctione, &
 manuum impositione firmavit.* Ex quibus mani-
 feste colligitur, hanc impertiendam pacis con-
 suetudinem peculiarem baptismi ritum fuisse:
 cum nec confirmationis caeremonia esse potu-
 erit, quia ante illam peragebatur, nec in alterius
 rei sacra ritibus poni possit, quoniam bap-
 tismi sacramentum statim confirmatio sequeba-
 tur. Cum multae autem rationes eius consue-
 tudinis afferti possint, tamen illa verior, & il-
 lustrior esse videtur, quam paulo ante innui-
 mus, ut nimirum ostenderent, nos per bap-
 tismum in Ecclesiae Christianae membra velut
 ardentissimis fidei, spei, charitatisq; vinculis co-
 pulari, vnde ex multis gentibus natura, lingua,
 & regione diuersis, caelesti munere conspiran-
 tibus, iuncta velut acies ad pugnam instructa,
 suis hostibus formidabilis incedit. Mos enim
 erat, apud omnes Christianos passim receptus,
 ut, quaecumque Christianae societatis, &
 communionis signum exhibendum erat, pa-
 cem sibi mutuo impertirent. Qua de causa &

Cur pax
 daretur, ba-
 ptizato.

Pax erat
 signu Chri-
 stianae so-
 cietatis.

Pax in Mis-
sa sacrifi-
cio.

S. Pauli E-
pistolae le-
gentibus
pax imper-
turbatur.

Pacis nun-
cianda post
baptismū
mos quā
do, & cur
abrogatus.
Germani
ritum pa-
cis post
baptismum
impartien-
dā retinēt,
& quoties
illō utan-
tur.

in Missæ sacrificio pacem semel, iterumque
nunciabant: sicut suo loco probabitur: &
cū S. Pauli Epistolæ ad diuersas gentes scri-
ptæ legebantur, earum lectori dicere sole-
bant: *Pax tecum.* Quod S. Augustinus clare
demonstrat Epist. ad Generos. cū ait: *quid
autem peruersus, & insanus, quā lecturibus ec-
clesiarum pace separari, quibus ipsa Epistole scri-
ptæ sunt?* Eo enim loco S. Augustinus de Pauli
Apostolorum corinthæi epistolis loquitur: in
quibus legendis stolidi, ac planè dementis
esse, ait, pacem accipere, reddere uè illum,
qui ab ijs, ad quos illæ scriptæ, sunt fide, ac
religione dissentiat. Nos tamen eam consue-
tudinem non habemus DCCC. ferè ab hinc
annis; quia peruulgata in totum orbem Chri-
sti fide, communionis, signa præbere necesse
non est; præsertim aduulorum baptisate su-
blato, qui soli accipiendæ, & reddendæ paci
habiles, & idonei habentur. Quamquam
Germani veterem morem sequi maluerunt,
quibus non modò post baptismum, sed etiam
ante cū sal consecratum in os insertum,
olei catechumenorum unctio, & chrismatis
in vertice peracta est, pacem impartiri, do-
cet Ioannes Iacobus Salisburgensis Archie-
piscopus in Manuali Parochorum, & aliorum
curam animarum habentium de sacramen-
t. baptis. cap. 5. Cuius quia nusquam alibi men-
tionem fieri comperio, singularem eius na-
tionis consuetudinem esse, crediderim.

De collocatione in loco sublimi ante
sacrarium.

CAP. XXVII.

Explicasse videor omnia, quæ de pace
disciri possunt. Nunc de locatione ante sa-
cratiū dicere aggrediar. Ea verò ex testimonijs
SS. Patrum facile colligitur. Primum, quòd S.
Dionysius Areopagita cap. de bapt. explicans
cæremonias, quæ post Baptismum fieri sole-
bant, *sustollendi*, verbum adhibuit: *exteriori*
progressu, rursus ad prima & potiora speculanda
sustollitur. Vbi græcus textus, *ἀνατείνεσθαι* legit,
quòd in altum eleuari significat. Deinde S.
Gregorius Nazianzenus Orat. 39 in sancta lu-
mina, cum humani generis salutem, &
Christi Domini gloriam maximè sitiret: ac
propterea tanquam iacula diuina in Gætilium
mentes, ad Baptismum incitando, sæpius
irrito ictu contorsisset, ratus, id, quod erat,
magnum momentum fore ad eas suauiter
vulnerandas si, quid arcani in mysterijs late-
ret, planè intelligerent, singularum cære-
moniarum explicationem prospero successu
aggressus est: ac de hac quidem ita scripsit:
Statio hac qua confestim à bapismo ante magnum
sacrarium stabis future vite gloriam præsignat.
quem locum explicans Nicetas Serronius in
comment. super eum factis, Authoris non

Baptizati
locabantur
in loco e-
dito ante
sacrarium.

minus verba, quam sententiam secutus est hoc pacto: quod post baptismum ante altare collocare, *in cura vite gloriam, & propinquatatem apud Deum indicat.* Atque hanc perpetuo cæterorum Patrum consentientem fuisse doctrinam, ex eorum monumentis facile intelligitur. S. enim Augustinus epist. 168. ad Eusebium, narrans immane iuuenis facinus, qui matrem cædere solitus, denuo & mortem minitans, iterato baptizatus fuerat, tam acerbum omnibus Christianis eum casum fuisse, scribit; vt quicumque eum in edito loco positum intuerentur, præ dolore lachrymas continere non possent, *inrens, inquit, & in maternum sanguinem fremens, albis vestibus candidatur, constituitur intra cancellus eminent, atque conspicuus, & omnium gentium oculis matricidij mediator tanquam renouatus proponitur.* minus vero apte, congruenterque S. Augustinus hominis nefarij, & materni sanguinis audidissimi baptismum ex edito loco, in quo collocatus fuerat, significasse nobis videretur nisi, quicumque baptismo lustrabantur in altum euehi consueuissent. & serm. 164. in Dominica in Octauis Paschæ, cum baptizatos precaretur, vt piè, sanctèque viuendi studio, omni que religionis officio, atque omni documento, & exemplo cæteris omnibus prælucere, nec alienos à nostra fide homines imitarentur, qui, tanquam omnium rerum licentiâ adepti, præcipites ruunt in omne scelus, & flagitium; cū Christi Domini sanguinè cuius vi redempti sumus, tum aliquot Baptismi caeremonias in stimulos adhibet, quib. ipsam lo-

cationē ad altare clarē annumerat his verbis:
*sed vos me audite o baptizati: audite me per sanguinē
 Christi, quo estis renati, obsecro vos per nomen, quod
 super vos inuocatum est, per illud altare, ad quod accessi-
 stis, per sacramēta, que accepistis, obsecro vos, obstringo
 vos per nomen Iesu Christi, ut non imitemini eos, quos
 infideles esse cognoscitis, &c.* Nemo enim nō videt,
 accessum ad altare pro cē emonia a cōlesti pa-
 bulo distincte numerari: secus eandem dictio-
 nē prudētissimus scriptor bis vsurpasset: quod
 abest longissimē a vero: nec veterum moribus
 congruenter locutus esse videretur: quoniam
 laici extra cancellos salutari cibo reficiebātur.

Laici com-
 municabāt
 extra can-
 cellos.

Cuiusmodi argumentū etiam ex Paulino No-
 lano desumi potest qui Epist. 12. ad Seuer. bap-
 tismi cāremōnias his carminibus describit:
*Iude parens sacro ducit de fonte sacerdos
 Infantes nives corpore, corde, habitu.
 Circundatque rudes festis altaribus agnos.
 Pura salutaris imbuat ora cibis.
 Hinc senior socia congundet turba ceterua.
 Alleluia nouis balat ouile choris.*

Nam etiam hic collocationis ad altare, & sa-
 ctosāctę Eucharistię separatim meminit quod
 argumentum est, primam ab altera distinctam
 fuisse. Atque in eandem sententiam Severus
 Alexandrinus lib. de Bapt. sacerdotem inducit,
 qui Deo preces adhibeat, ut noui Christi mi-
 lites puram Baptismi integritatem, & inno-
 centiā stolam vsq; ad extremum spiritum re-
 tineant; & quemadmodum ante altare, in quo
 pro salute hominum Deus ipse immolatur,
 constitui meruerunt, sic in altissimo domicilio

eundem Deum præsentem inuenientes, placidissima quiete, & vita sempiterna perfruantur. Quod ut legentibus perspicue pateat, non otiosum erit, ipsius verba hic subijcere quæ eiusmodi sunt: *Domine Deus qui redemptionem in Christo applicasti nobis; ac per aquas in Spiritum sanctum hisce seruis tuis eam, que denno sit, generationem dedisti: tu domine amator luminis roboras eos, & in sanctitate conseruas eos, & circumfulgentes scientiæ tuæ lumine, atque coram sacerdotali mensa tua, stantes, dignos eos effice celesti beatitudine tua, &c.* quem locum si quis de cœlestibus Eucharistiæ dapibus, quas baptizati sumere solebant, interpretari voluerit, eo quod mense, hoc est, altaris mentio fiat, in duas grauissimas difficultates incidet; quibus non ita facile se explicauerit. prima est, quod stantes inducuntur: altera, quia coram altari fuisse, Author affirmat: cū fideles olim genibus flexis, & extra cancellos sacrosancto Christi corpore pascerentur. cōuenientius igitur ad baptizatos in sublimi collocandi consuetudinem Seueri testimonium retulimus. quod & ipsius verbis satis constat: & adhuc manifestius apparet; cū idem post hanc orationem, sequitur: *et eleuant baptizatos, ad altare*, quoniam verbum *eleuare* in alto collocare, significat. Ex quibus omnibus quatuor colligo, huic ritui plurimū lucis afferentia. Primum est locum, vbi ponebantur, editum fuisse: quod indicant verba S. Augustini, *eminens atque conspicuus*, & Seueri Alexandrini, *eleuant*. Alterum est, recto corpore steterisse: vt ex loco S. Gregorij, *statis*, &

Locus in quo ponebantur baptizati, editus erat in eo que stabant recto corpore.

habis, & Seueri Alexandrini, stantes, cognoscere licet: Tertium ab alijs in loco sublimi collocari solitos esse: quemadmodum idem Seuerus eodem verbo, *elevant*, ostendit. Vltimum verò, causam ad altare collocandi fuisse, vel vt mente à rebus humanis auocata ad cœlestium, & superarum meditationem erigerentur, cui argumentum est Dionysij illud, *spemlanda sustollitur*, vel vt planè intelligerent se iam vitæ æternæ cœlestisque beatitudinis participes esse factos, atque ad Deum à quo peccati causa recesserāt, propius accessisse: quod S. Gregorij verba *future vitæ gloriæ*, & *Niceræ*, *future vitæ gloriæ, & propinquitatem apud Deum*, Facile demonstrant. Quibus adderem ego in populi præsentis gratiam factitatum, vt qui in Christi fidem concessissent, cognoscere possent: nisi meam interponere sententiam in tali re tantaque scriptorum luce, temeritatis nota non careret. Dabit igitur haud grauare mihi benignus lector hanc veniam, vt omisis causis probabilibus, quas vnusquisque meditari & studiosè conquirere potest, de collocationis potius ministro aliquid scribam. Sane dubitandi locus non est quin ab alijs in edito collocari solerent: siuè quis rationis momēta perpendat: vt videlicet, homines nihil recti viribus suis efficere posse, significaretur: siue auctoritates, ac testimonia quæ collocandi consuetudinem in patiendâ significatione docuerunt, intueri velit. dixit enim S. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 2. *ad prima & posteriora spe-*

Causæ col-
locandi
ad altare in
loco edito

Colloca-
bantur ab
alijs &
quare.

culanda suscollitur. & Beatus Augustinus Epist. 168. ad Euseb. constituitur intra cancellos eminenti. & Nicetas Serronius in orat. 39. S. Greg. Naz. ante altare collocaris. Verum, quis collationis ipsius esset minister, nec ullus ex citatis scriptoribus usquam meminit; nec mihi satis comperitum est. Puto tamen, clericis eam curam demandatam esse; tum quia Episcopus, presbyterve, qui sacra Baptismi munera obtulisset, tantæ baptizatorum multitudini collocanda par esse non poterat: tum etiam quod laici, profanisque hominibus rei sacre provinciam commissam fuisse Ecclesie dignitati consentaneum non est. Alia etiam quæstio instaurata potest, eodem ne in loco viri, & mulieres, an in diverso collocarentur quam ita definiti posse existimo, ut dicamus, distinctum locum utriusque sexui assignatum fuisse. nam rationes, quibus diversum baptisterij locum viri, ac mulieres occuparunt, vel quibus in distincta Ecclesie parte, dum res diuina fiebat, collocari solebant, diversum etiam collocationis locum probare videntur: ut videlicet omnis offensionis causa tolleretur. Si quis autem pergat sciscitari, an diu in loco edito baptizati persistere: respondebo, tandiu permansisse, quoad M. S. sacrosanctum, ac solennia baptismatis mysteria absoluerentur. cuius rei triplicem coniecturam facio. prima est, quoniam Patres, qui collocandi morem docuerunt, descensus haud unquam meminere: quod argumento est, non statim atque in locum editum baptizati ascenderant, inde descendisse. secunda, quod inges-

Viri & mulieres distincto in loco constituebantur.

Quandiu baptizati in loco edito consisterent.

baptizatorum confusio oritura fuisset, si modico intervallo in sublimi perstitissent, ascendentibus his, & illis descendentibus; neque illorum numerus satis dignosci potuisset. quæ tamen collocationis haud postrema ratio fuit. tertia, quia S. Gregorius Nazianzenus orat. 39. in sanctum & Severus Alexandrinus lib. de baptis. dum huius ceremoniæ mentionem facerent *stationis standi*, ac *stantium* vocibus vti fuerunt; non solum ut recto corpore consistendi morem significarent; verum etiam ut diu manendi consuetudinem nobis indicarent, quod utraque significatio illis subesse possit. Videamus igitur id, quod contra ab aliis afferri potest. Videtur autem eos descendere oportuisse, ut sacro Confirmationis oleo inungerentur, divinisque Eucharistiæ epulis accumberent. Cui quidem ita responsum volumus, nec certum, exploratumque esse collocationis ritum ipsi Confirmationi, & Eucharistiæ præmitti solitum; quod, licet nos eum ordinem secuti fuerimus, auctore Severo Alexandrino, tamen S. Dionysius Areopagita ca. 2. Ecclesiast. Hierarch. collocationem post Confirmationis, & Eucharistiæ ceremonias enumeret; ac, quamvis ita esset, tamen id, quod asseritur minimè sequi. nam fieri potuit, ut vel Pontifex in baptizatorum locum ascenderet, Confirmationem, & Eucharistiam illis præbitorus; vel ipsi baptizati Confirmationis, & Euchar. percipiendæ causa descenderent; & his susceptis, rursus in eundem locum ascenderet. quoniam vero septē dieb. vestis candida, & creus

Collocationis ritus Confirmatione, & Eucharistia priorne, an posterior esset.

Quot die-
bus bap-
tizi in loco
edito col-
locarentur.

ferebatur; dum Paschatis, & Pentecostes octi-
duo baptizati ad Ecclesiam ibant; congruen-
ter querere hoc loco possumus, an totidem
diebus baptizati in loco edito collocarentur,
verum hæc quæstio satis aperte definitur in ip-
sis locis, quæ de veste candida & cereo acru-
mus, cum enim ibi probatum sit, quibus diebus
baptizati ad Ecclesiam proficiscebantur, in
fonte baptismali steterisse: ex locis autem S. Gre-
gorij Nazianzeni, B. Augustini, Severi Alexan-
drini, & Nicetæ Serronij, superius allatis, con-
stat, locum, in quo baptizati constituebantur,
intra cancellos fuisse: nemini dubitare licet,
quin eo solummodo die, quo baptismalibus
aquis abluebantur in loco edito collocari co-

Mos collo-
candi ad al-
tare durat
in Oriente.

sueverint. Atque hic ritus disparem omnino
exitum, siue diuturnitatem habuit, in Oriente
enim etiam nunc ritè seruari, facile adducet,
vt credam; quia Nicetas Serronius, hæud mul-
tæ antiquitatis vir, in suis notis ad S. Gregorij
Nazianz. eum clare agnoscit. Verum in Occi-
dentis Solis partibus, iam diu antiquatum fuisse
inter cætera illud indicio est, quod S. Gre-
gorius Magnus, Author Ordinis Romani, Al-
binus Flaccus, Amalarius Fortunatus, Raba-
nus Maurus, alij; plures latini scriptores, qui
singulas baptismi cæremonias diuersis quique
in locis accuratè cõscripserunt, nusquam illius
meminere. Non caret tamen nostra ætas anti-
quæ consuetudinis vestigio: vt cum in Anti-
phona ad crucem, que sacro Paschatis perui-
lio canitur, ita legimus: *gaude Hierusalem, & iu-
rare, haleluiah, quia ecce filij tui in circuitu altaris*
Demini,

Collocan-
di ad altare
consuetu-
do in Occi-
dente iam
diu anti-
quata.
Vestigium
collocandi
ad altare
expressum
est in Eccl.
Ambrosia-
na.

Domini, haleluah, candidari effecti sunt, & in ore
eorum, haleluah. Verba enim, in circuitu altaris
Domini, ad veterem morem baptizatos ad al-
tate collocandi, sicut verbum, candidari, ad ve-
stem candidam illis dari solitam, referri oportere
nemo, nisi qui antiquam consuetudinem
eo die baptizandi ignoret, inficiari audebit.

De Confirmatione, ac praesertim illius post Baptis-
mum administranda antiquitate.

CAP. XXVIII.

DEinceps videndum est, ecquid de ritu
post Baptismum confirmandi ex veterū
Patrum lectione mihi tumultuaria scriptura
suggerat: eo faciliore conatu, quo difficilius
est, probationis exitum, quam principium in-
uenire. Adhibebo tamen mihi modum in im-
mensa Authorum serie, & omisis, qui media,
aut posteriori ætate floruerunt. Isidoro Hispa-
lensi lib. 2. de Eccles. Offic. cap. 26. Ordine Ro-
mano in die Iou. sanc. Marcellino presbytero
de vit. S. Suuiber. cap. 63. Vuibaldo Eisterensi
cap. 20. vit. S. Bonifac. Rabano Mauro de In-
stitut. Cleric. lib. 1. cap. 30. Smaragdo in dia-
dem. Monachor. capit. 71. Micrologo de Eccl.
Observat. cap. 21. ac aliis innumeris, in recen-
sendis antiquioribus insistam. Nec ab alio po-
tius orationis exordium ducam, quam ab eo,
qui primus omnium fuit, Clemente, inquam,
Primo, Apostolorum æquali, qui Epist. 4. mo-
Eee

Baptizati
statim con-
firmaban-
tur.

dum vitæ rectè instituendæ, atque æternæ felicitatis adipiscendæ præscribens, confirmationis sacramentum cum baptismo copulat, & connectit. quod argumento est, alterum alteri subdi, solitum esse: omnibus, inquit, festinandum est, sine mora renasci Deo, & deum consignari ab Episcopo, quum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum seipsum spiritus gratia ab Episcopo (ut memoratum est) confirmare, &c. S. vero Dionysius Areopagita, B. Pauli discipulus, lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. cum longum cæremoniarum eius ordinem perlocutus esset, postmodum Confirmationis sacramentum adiunxit his verbis: eundemque cum veste eo digna induerunt, rursus ducunt ad Hierarcham, is, cum virum unguento, quod maxime divinos efficit, insigniuit, Eucharistia, quæ vim maximam habet perficiendæ sanctitatis, participem esse, pronunciat. Quem locum de vñctione frontis, quam Confirmationem dicimus, non autem verticis, accipiendum esse, nemo ignorat, cum hæc (ut diximus) Dionysij tempore in vñ non esset. & cap. 4. eiusdem libri sacram. chrismatis vñctionem baptizatis ad cumulatiõis gratiæ infusionem statim conferri, docet: cum inquit: quin etiam ei, qui sanctissimo regenerationis mysterio initiatur, divini spiritus aduerm consummans, unguenti datur perfusio. Perpicuum est enim, unguento sacram. confirmationem intelligi: non solum quia chrisma, quod Confirmationis materia est, ob oleum, balsamumque, ex quibus constat, merito unguentum appellari potest, verum etiam quod divini spiritus con-

Cap. 3:

Summationis mentio fit, quæ Confirmationi
 vere tribuitur. Idem haud obscure perspicitur
 apud S. Iustinum philosophum, & martyrem
 lib. respons. ad quasdam Christianas quæst. (si
 tamen est Iustini ille liber, quod multi vocant
 in dubium) q. 137. Vbi eruditus vir, & pius, cum
 fidei nostræ sacramenta abstrusiora, & obscu-
 riores sacrarum literarum sententias religiosa
 quadam curiositate diligentius inquirere, cer-
 titudinemq; & veritatē earum clarius in aper-
 tum proferre, sibi in animum induxisset, Chri-
 stianum hominem inducit, (præ insita generi
 sermonis facilitate) dialogi more interrogan-
 tem, quid causæ sit, vt, cum Baptismus noster
 Christi patientis, & rediuiui symbolum refe-
 rat: ille vero, priusquam cruci affigeretur, à
 Maria vnguento delibutus fuerit; nos tamen
 post baptismum sacro chrismate ad luctā spiri-
 talem inungamur. Sic enim scribit: *Si ante se-
 pulchram Maria vnguento Dominum unxit: nos au-
 tem in baptismo symbola, signaque passionis, & re-
 surrectionis eius viferentes, celebramus: quomodo pri-
 mum oleo vngimur, ac deinde in sacro lauacro, quæ
 dicta sunt, symbolis peractis, post illa vnguento consi-
 guamur? Siquidem Dominus primum vnguento de-
 libutus est, ac deinde passus &c.* Vbi notandum est
 nomen vnguenti, quo sacrum chrisma indi-
 cari, supra docuimus; nec obliuioni tradenda,
 quæ de origine baptizatos chrismate in verti-
 ce vngedi c. 3; dicta sunt: vt, cum eā à S. Syluest.
 ductam esse, memineras, duplexq; solum modus
 chrismatis vsus extiterit, in vertice, & fronte,
 hanc S. Iustini, qui Syluestro antiquior est,
 Eeē ij

Liber resp.
 an sit S. Iu-
 stini.

auctoritatem de frontis vnctione, quæ ad
 Confirmationem pertinet, accipi oportere,
 intelligas. In quam sententiam Tertullianus
 lib. de bap. cap. 8. eius sacramenti ceremonias
 referens, debite, inquit, manus imponitur, per be-
 nedictionem aduocans, & inuitans Spiritum san-
 ctum. & lib. de præscript. aduer. hæret. cap. 16.
 aqua signat, spiritu sancto vestit, & capit. 40. signat
 illic in fronte milites suos. rursus de reſurrect. car-
 cap. 8. caro signatur, vt & anima munitur, cum
 manus impositione adumbratur, vt & anima spiritu
 illuminetur. Non ſolùm enim Pamelius, vt
 doctiſſimus ea loca de Confirmatione expo-
 ſuit, ſed ita quoque explicanda eſſe, facile ex-
 iſtimare poſſumus: cum manus impositionis
 ac ſigni Crucis in fronte, quæ Confirmationis
 ceremoniæ ſunt, & Spiritus ſancti, qui in
 Confirmatione tribuitur, mentionem faciunt.
 Urbanus vèro Pontifex I. Epist. Decret. ad vni-
 uerſos Chriſtianos, volens hortari, vt in ſpiri-
 tualibus vitæ exercitationibus verſarentur, ab-
 iecta que ſordida lucri cupiditate, & volupta-
 tum amore, quæ plerunque homines de men-
 tis ſtatu dejiciunt, in vnius Dei recordatione,
 & quaſi amplexu iugiter acquiſcerent, Con-
 firmationis ſacramentum, quo ſtatim bap-
 tizati donabantur, in medium adduxit: quaſi
 minimè deceret, eos, qui Spiritum ſanctum
 accepſſent, terrenis commentationibus oc-
 cupari: omnes, inquit, enim fideles per manus im-
 poſitionem Episcoporum Spiritum ſanctum poſt bap-
 tiſmum accipere debent, vt plene Chriſtiani immu-
 niantur: quia, cum Spiritus ſanctus inſunditur, coe-

fidele ad prudentiam, & constantiam dilatarur. De
 spiritu sancto accipimus, ut efficiamur spirituales:
 quia animalis homo non percipit ea, quae sunt spiri-
 tus Dei, quo loco videmus, non solum Chris-
 matis sacramentum baptizatis dari solitum,
 sed etiam illud ad veri Christiani perfectionem
 quandam pertinuisse. Cui opinioni fauens S.
 Cyprianus Epist. 73. ad Iubaian. ipsos baptiza-
 tos Chrsimatis sacramento consummari, quod
 est perfici, dixit his verbis: quod etiam nunc quo-
 que apud nos geritur, ut, qui in Ecclesia baptizan-
 tur, praepositis Ecclesia offerentur, & per nostram ora-
 tionem, ac manus impositionem Spiritum san-
 ctum consequentur, & signaculo Dominico con-
 summentur. Et Melciades Papa Epist. Decret. ad
 Vniuer. Hisp. Epist. respondens ipsorum questionem,
 quodnam dignius sacramentum, Baptismus,
 an Confirmatio esset. tantam inter utrunque
 affinitatem, & quasi cognationem agnoscit,
 ut vnum sine altero perfectum, & absolutum
 esse, inficietur, verba eius haec sunt: ita coniuncta
 sunt haec duo sacramenta ut ab inuicem, nisi, morte
 praesente, nullatenus possint segregari, & vnum sine
 altero rite perfici non potest, nam vnum, praesente
 morte, saluare sine altero potest, aliud autem non po-
 test. & paulo post, in eodem argumento persi-
 stens: quod in confirmandis Neophytis manus im-
 positio tribuit singulis, hoc tunc Spiritus sancti descensio
 in credentium populos donauit vniuersis. Sed, quia
 diximus, quia manus impositio, & confirmatio ad
 baptismi perfectionem pertinent, & qui iam rege-
 natus in Christo est, confirmare aliquid possit, forte co-
 gnat sibi aliquis: quid mihi prodest, post mysterium

Ecc iij

Confirma-
tio perfe-
ctionis no-
mine voca-
batur

baptismatis, mysterium confirmationis, &c. quibus similia sunt, quæ S. Ambrosius lib. 2. de sacram. cap. 2. scribit: post fontem superest, ut perfectio fiat, nihil enim aliud perfectio, quam confirmationis significat: cum hæc olim eo nomine appellaretur. sicut de confirmationis ritibus ostendimus. Et S. Hieronymus fere idem confirmat lib. aduers. Lucif. cum pro Ecclesie ritibus egregie disputans, inquit: an nescis, etiam Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis postea manus imponatur? Et rursus ibidem: non quidem deum, hanc esse Ecclesie consuetudinem, ut ad eos, qui longè in minoribus Urbibus per presbyteros, & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad inuocationem sancti Spiritus manus impositurus excurrat. Et S. Augustinus adeo manifeste hanc consuetudinem tradidit, ut, cum baptizatorum, & martyrum quandam similitudinem, ac velut cognationem referret, illos Pontificie manus impositione Spiritum sanctum percipere, hos sancti Spiritus domicilium effici, docuerit. Eius enim verba, quæ lib. de Ecclesiast. dogmat. habentur, hæc sunt: baptizandus confiteatur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus respondet: hæc et martyr coram persecutore facit: quia & confiteatur fidem suam, & interrogatus respondet: ille post confessionem vel aspergitur aqua, vel intingitur: & hoc vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. ille manus impositione Pontificis accipit Spiritum sanctum, hoc habitaculum efficitur Spiritus sancti. Adde Theodoretum, celeberrimi authoris, testimonium, qui ad ca. 1. Cantic. virtutum Christianarum exercitationes fidelibus persuadendi ex eo argumen-

tum defumit: quod, post baptismum confir-
 mationis caractere insigniti, vberriam Spi-
 ritus sancti copiam acceperint: *sacri*, inquit,
 baptismatis mysterium recordare, in quo, qui in iuan-
 tur, post satane abnegationem, & Dei confessionem,
 veluti signo, ac nota quadam regia, spiritualis un-
 guenti chrismate inuncti, sub ea visibili unguenti
 specie inuisibilem sanctissimi Spiritus gratiam susci-
 piunt. quæ verba de confirmationis sacramen-
 to, non autem de chrismate in vertice acci-
 pienda esse, facile conjici potest: quod *signa*, ac
 nota meminerunt: quæ voces soli confirmatio-
 ni tribuuntur. Possunt etiam ad huius moris
 confirmationem Primasij verba adduci in ca.
 13. Epist. ad Hebr. *donum Spiritus sancti datur in
 baptismo per impositionem manus Episcoporum, quæ
 omnia gratis à Deo dantur.* Neque aliter accipi-
 endum est Concilij Laodiceni statutum cap.
 48. vbi de hac eadem confirmandi consuetu-
 dine, oportet, inquit, *baptizatos, post baptismum,
 chrismatis quoque cælestis, & regni futuri partici-
 pes fieri.* Sane quam eximio testimonio non solum
 Confirmationis caractere insigniri solitos, sed etiam ad eum suscipiendum coactos
 fuisse. Verum eius generis loca plurima apud
 veteres scriptores inuenies. Ex vita enim S.
 Auxibij Solensis Archiepiscopi, quam Simeon
 Metaphrastes refert, colligimus, S. marcum, E-
 uangelicæ scriptionis gloria illustrem, ipsi Au-
 xibio postquam sacrû baptismum administravit
 Confirmationis sacramentum contulisse: post-
 quam, inquit Metaphrastes, *ipse fuit baptizatus,
 imponens ei manus, dedit Spiritum sanctum, &c.*

Ecc iii

Baptizatis
 necesse e-
 rat, statim
 confirma-
 tionis sa-
 cramento
 muniri.

Cuius authoritatis momentum ex eo pendet, quod, absoluto baptismo manus impositionis meminit; quam Confirmationis ceremoniam fuisse, & dictum est alibi supra, & fusius dicetur, cum Confirmationis ritus explicabimus. In Actis etiam S. Sulannæ Virginis, quæ putantur à Notariis Romanæ Ecclesiæ conscripta, perspicuum est. Claudium, & Maximum fratres, eius patros, cum Caium Episcopum, de rebus diuinis ad populum dicentem, sitientibus auribus audissent, tam ingentem motum animorum esse factum, ut a fabulis, & impura superstitione illico traducti, eodem tempore Baptismi, & Confirmationis sacramento insigniti fuerint. Quemadmodum ipsa verba indicant: *Eadem hora Boetii Caium Episcopum linxit cum chrismate.* Et infra: *baptizauit eos, & pelui eleuatam chrismaris sacramento linxit.* Item in vita S. Stephani Papæ legimus, quam plurimos, qui sæuo persecutionis turbine acti, in loca occultiora secesserant, a Beato Pontifice, post Baptismum, alijs sacramentis, hoc est, Confirmatione & Eucharistia munitos fuisse. Sicut ex Simeone Metaphraste constat: *cum igitur ad illam cryptam conuenissent, inuenit illic tam mares, quam femina, centum, & octo, quos illo ipso die Pontifex in nomine Domini nostri Iesu Christi, sanctissimo baptismo, & alijs diuinis mysterijs consecrauit, & ut illis placatum, & propitium Deum redderet, sacrificium obrulit: seque omnes sacramentorum participes facti sunt.* Et apud Surium SS. Secundiani, Marcelliani, & Veriani vita manuscripta nobis suppetit, in qua S. Sixtus

Pontifex nonnullis a Beato Timotheo virali fonte lustratis, Confirmationis sacramentum administruit. ita enim scriptum reperies: *beatus Timotheus, cum eos catechesei instruxisset, baptizavit eos, accitusque beatus Sixtus Episcopus confirmavit eos.* Contra vero Novatianus ille novæ sectæ inventor, cum à Spiritu immundo, quo mirifice vexabatur exorcistarum præsidio liberatus esset, ac postmodum gravi morbo implicitus, ad ultimum periculi venisset, metu mortis, & gehennæ baptizari voluit: sed morbo tandem elapsus, priori obscœnitate arrepta, in Christi, & Baptismi contemptum, nec alias eius ceremonias, nec Confirmationis sacramentum accepit: argumentum relinquens posteris, metum, exclusâ voluntate, malum diuturnitatis esse custodem; & eos qui in conscientia pravo habitu obforduerunt, vix ad novam vitæ institutionem, & disciplinam resurgere. Proinde contra eum disserendi occasionem arripies Cornelius Papa Epist. ad Fab. quam refert Eusebius Cæsariensis lib. 6. Hist. Eccles. cap. 31. ita inquit: *in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus, baptismum accepit, si modo talem hominem baptismum accepisse, dicendum sit: verum morbo tandem elapsus, neque cetera, quibus, post baptismum, secundum Ecclesie canonem, imbuti oportuerat, acquisivit: neque Domini sigillo ab Episcopo obsegnatus fuit. Quo quidem neutiquam potius, quomodo, quæso, Spiritum sanctum adeptus est? Multo igitur melius cum Constantino Imperatore actum est, qui, post baptismum, sacro chrismate instructus, in spiritali certamine viriliter pu-*

gnare, & supremum vitæ actum sanctè peragere meruit. De quo ipsemet loquens in Edicto ad Syluest. Pap. sic ait: *benedicto fonte, illic me trina mersione unda salutis purificauit, leuatoque me de venerabili fonte, induto uestibus candidis, spiritiformis gratia spiritus consignationem adhibuit beati chrisimatis unctione.* S. etiam Basilius, & Eubulus, cum religionis causa, Christi vestigia Hierosolymis lustrarent, à Maximo vrbis Episcopo sanctum Confirmationis sacramentum statim post Baptismum susceperunt; scribente Amphilochio in vit. S. Basil. *admirans vero Maximus Episcopus Basilij in Deum amorem, orans induit eum resurrectionis Christi uestimentis. Baptizauit autem etiam Eubulum, ungensque eum sacro chrismate, tradidit illis viuificam communionem.*

Addo nobilissimum Clodouei Gallorum Regis exemplum, qui primus ex illis Regibus dei sacramento, vero numini suam fidem obligauit. Hunc enim, cum diuino impulsu, & crebris S. Remigij sermonibus, paulatim in studium Christianæ religionis incubuisset, ab eodem Pontifice facti Baptismi, & Confirmationis nota munitum fuisse, tradit Hincmarus Rhemenfis Archiepiscopus de vit. S. Remigij his verbis: *Et susceptus ab ipso Pontifice de sancto fonte, perunctus est sacro chrismate, cum signo sancte Crucis Domini nostri Iesu Christi.*

Clodoueus
primus è
Gallix Re-
gibus bap-
tismum su-
cepit.

Morem post baptismum confirmandi etiam de iis, qui extra Pascha, vel Pentecosten tangebantur, accipi oportere; ibique plura de Confirmatione post Baptismum, Episcopo presente, vel absente.

CAP. XXIX.

CVm autem, statim post Baptismum sacro Chrismate unctos fuisse, legimus; ita intelligendum est, ut non solum, qui statutis Pasche, aut Pentecostes temporibus Christiana sacra suscipiebant, sed etiam, quos extra ea tempora quavis de causa ad Christum allici contingebat, eadem lege tenerentur. Ita enim significare videntur pleraque exempla, quæ ad confirmationis ritum declarandum capite precedenti attulimus. Et, si quidem Pontifex ipse baptizasset, aut alteri adfuisset baptizanti, statim oleo, sanctis, ac religiosis precationibus consecrato, confirmabat: sicut, præter allata testimonia, etiam Ordo Romanus de Sabb. S. significavit in hunc modum: oratione expleta, interrogantibus diaconibus nomina singulorum, Pontifex, tincto pollice in chrismate, faciat Crucem in frontibus singulorum ita dicendo, confirmo, &c. & Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de Sabb. sanct. Pasch. illuminantur omnes ceres Neophytorum, quos manibus tenent. sine lumine enim sunt usque ad hanc horam, qua ceteri cerei illuminantur Ecclesie, ea videlicet causa, ut prius

Confir-
mabatur sta-
tim etiam
qui extra
Pascha, vel
Penteco-
sten baptis-
mum susci-
piebant.

Baptizati
absente E
piscopo, ab
eo de post
modum
confirma-
bantur.

accipiant impositionem manus Episcopi, & sic
credamus illuminari Spiritu sancto. Verum, si eo
absente, vel aliis curis distento, presbyteri ba-
ptizassent, quo citius fieri poterat, aut ipsi ba-
ptizati ad Episcopum ibant, aut Episcopus ad
eos veniebat, ut Chrismatis sacramento ad-
versus omnes mundi, carnis, ac demonis im-
petus robustiores efficeret. Cuius rei per spem
sunt testimonia in antiquis PP. sed illud Autho-
ris vitæ SS. Secundiani, Marcellini, & Veriani
clarissimū, & maxime illustre intuemur, quos
cum Timotheus presbyter vitali fonte lustrali-
set, accitus Sixtus Pontifex manuum imposi-
tione firmavit; sicut verba ipsius testantur: *bea-
tus Timotheus, cum eos catechese instruxisset, bap-
tizavit eos: accitusque beatus Sixtus Episcopus con-
signavit eos.* In Actis etiam S. Marcelli Papæ A-
pro Manu Commentariensis, qui pro Silvanio
Diacono inquirendo Laodicij præfecti mini-
ster fuerat, per lucis radium de cælo demissam
cælesti nuncio clementer admonitus, ut re-
gnum cæleste humanis opibus, & fluxis com-
modis vitæ præsentis anteferreret, illico ad Si-
sinnij genua procidit, Christianæ Reipub. ad-
iungi postulans. Cuius ille precibus libenter
annuens, veteri Ecclesiæ insicuto, lustralibus
aquis admovit; & ad S. Marcellum Papam, ut
sacro chrismate liniretur, adduxit; ille respondit:
(Actorum verba sunt) *credo, Et Sisinnius Diaconus
dixit ei: illuminet te Christus. Et elevavit eum
de pelui, & duxit eum ad sanctum Marcellum Epi-
scopum, qui eum chrismate consignavit.* Atque ad
eandem consuetudinem demonstrandam per-

tenent S. Hieronymi verba, quæ lib. aduers. Luciferian. habentur, vbi pro Ecclesia ritibus egregiè dimicans, morem fuisse, inquit, vt Episcopi minores vrbes, sacræ Confirmationis nuper baptizatis conferendæ causa, circumirent: non quidem, ait ille, ab initio, hanc esse Ecclesiæ consuetudinem, vt ad eos, qui longe in minoribus vr- libus per presb, teros, & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad inuocationem sancti Spiritus manum im- positurus excurrat.

Etiã infantes statim post baptismum confirmatos esse, ac ipsam Confirmationis baptismo subdendam consuetudinem ab Apostolis profectam.

CAP. XXX.

Sed longum etsi nimis facio, non præteri- Eriam in-
bo tamen admonere, etiam infantes, post- fantes sta-
Baptismum, Domini sigillo obsignari solitos. tim confir-
Quod si cui incredibile videtur, S. Augustini mabantur.
legat lib. de Eccles. dogmat. qui de modo rectè ministrandi Baptismi disserens, inquit: si vero paruuli sunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiunt, respondeant pro illis, qui illos offerunt, iuxta morem baptizandi, & sic manus impositione, & chrismate communi, Eucharistiæ mysteriis admittantur. Et lib. Hyponostyc. 6. cum, patentum fide paruulos ad baptismum deferri, ostenderet, meminit, v- num ex eis, absoluto baptismo, inter sacræ cõ- firmationis mysteria, mortem obiisse. scribit

enim: nonimus etiam paruulos, quibus ^{ius liber} arbitrii non est, ut de bonis, aut malis eorum meriti iudicemus, parentum manibus ad gratiam sancti bap-
 prismatis deportatos, & cum in uno eorum per ma-
 nus sacerdotis mysterium fidei adimpleretur, alterius
 in parentum manibus factum ex animem, cuius ar-
 gumentum vis ut facilius intelligatur, animad-
 uertendum est, Confirmationis sacramentum
 ad baptismi perfectionem quandam pertine-
 re; ut propterea etiam perfectionis nomen in-
 uenerit: sicut suo loco latè docebitur, quod
 innuere uolens S. Augusti. per manus sacerdoti,
 hoc est, per confirmatione, in qua Episcopus
 manū imponit, mysteriū fidei, nempe baptismi,
 qui fidei initiū est, adimpleri dixit. Sane Lud-
 gerus Episcopus, qui Frisiz iā iterum à fide de-
 ficientis saluti excubabat, cum laicum quendam,
 apud eam gentem gratiosum, immisisset,
 qui singulorum domos celeriter obeundo, in-
 fantes morti proximis, ipsis oppidanis nil tale
 uerentibus, occultè baptizaret: (nam saluis
 aduulorum obstinata in malo uoluntas om-
 nem spem ademerat) ipse, qui è morbo super-
 erant, contra insirum nobis hostem Confir-
 mationis sacramento instruxit. De quo Au-
 thor uitæ ipsius in hunc modum: cuius ille in
 libenter obtemperans, octodecim infantes baptiza-
 uit, qui omnes in albis defuncti, exceptis duobus, qui
 sanctus sacerdos, pace reddita, sancti Chrismati in-
 unctiōe, & manuum impositione firmavit. Ac ne
 cūpiam hoc prætermittere liceret, Ordo Rō-
 manus inter baptismi cæremonias retulit de
 sabb. sanct. in die: cum ait: Pontifex egreditur à
 fonte in sacrarium, habens ibi compositam sedem, ut

Confirma-
 tio perfe-
 ctionis no-
 mine ap-
 pellata.

in Ecclesia, vbi voluerit, & sedeat in ea, & cum
 vestiti fuerint infantes, confirmet eos, & mox infra:
 Pontifex vero veniens ad infantes, tenente Archi-
 diacono chrisma, det orationem super eos, cum inu-
 catione septiformis gratia Spiritus sancti. oratione
 expleta, interrogantibus diaconibus nomina singulo-
 rum. Pontifex tincto pollice in chrismate, faciat Cru-
 cem in frontibus singulorum, ita dicendo, confir-
 mo, &c. quem secuti plerique Diuinorum, vel Ec-
 clesiasticorum Officiorum scriptores, hanc
 consuetudinem ita testatam reliquerunt, vt
 longiorem probationem adhibere, necesse nō
 sit. Quare ad illius originem in vniuersum
 ostendam propius accedam. de qua nul-
 lus dubitandi locus relinquitur, cum, ritum
 sacro chrismate post baptismum confirmandi,
 Apostolorum temporibus in vtu fuisse, atque
 adeo ab illis vniuersa Ecclesiae imperatum, A-
 postolorum auctoritates, & SS. Patrum testimo-
 nia declarent. Argumentum ex Act. 8. pro hac
 re manifestum elicitur: vbi Petrus, & Ioannes
 ad confirmandos Samaritanos, qui Christia-
 nam religionem, relictis patriis ritibus, in-
 duerant, communi Apostolorum consilio
 missi sunt: cum autem, inquit, audissent Apo-
 stoli, qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria
 Verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioan-
 nem, qui cum descendissent, orauerunt pro ipsis, vt
 acciperent Spiritum sanctum. Et cap. 28 S. Pau-
 lus, cum Ephesi plurimos inuenisset, qui bap-
 tismo Ioannis initiati, ne quidem Spiritus san-
 cti nomen audierant, salutari Christi baptismo
 expiauit: & quo Spiritus sanctus in animos

Mos con-
 firmandi
 post bap-
 tismum in
 vtu Apo-
 stolorum
 tempore.

eorum sese infunderet, Confirmationis sacramento instruxit: His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu. cumque imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant, quod ab eodem S. Paulo pluribus locis significatum est: ut cum ad Hebr. 6. inquit: quapropter immittentes inchoationis Christi sermonens, ad perfectionem certumur, non rursus iacentes fundamentum penitentiae ab operibus mortuis, & fides ad Deum, baptismum doctrinae, impositionis quoque manuum. In quo locum S. Ambrosius, impositionis, ait, manus per quam spiritus sanctus accipi posse creditur: quod post baptismum ad confirmationem in iustitia Ecclesia Christi à Pontificibus fieri solet. & Haymo impositionem manuum appellat confirmationem, per quam plenissime creditur accipiendus spiritus sanctus: quod post baptismum ad confirmationem mutatur in Ecclesia à Pontificibus fieri solet. Item S. Anselmus: iterum iacentes fundamentum impositionis manuum, Episcoporum in confirmationem Neophytorum. ut minime dubium sit, confirmationis sacramentum, quod post baptismum conferri solebat, eo loco intelligi. Quare ad sui explicationem idem postmodum subdit: impossibile enim est, eos, qui semel sunt illuminati, postulerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt spiritus sancti, & stauerunt nihilominus bonum Dei Verbum, virtutesque saeculi ventari, & lapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam, ubi postulare donum caeleste, pro sacrae communionis convivium celebrare, & participes fieri spiritus sancti, pro confirmationis sacramento initiari, potest esse,

esse, certissimum est. Verba vero etiam Acto-
rum 8. ad confirmationis sacramentum per-
tinere, docet S. Cyprianus Epist. 73. ad Iuba-
ian, ubi rescribens ei, quid sentiendum de ba-
ptismo eorum, quos hæreticæ prauitatis mor-
bo laborantes tinxerant, Confirmationis illis
collatæ, qui in Samaria sese ad Christum ap-
plicuerant, non obscuram mentionem facit
his verbis: *illi, qui in Samaria crediderat, fide vi-
ua crediderat & intus in Ecclesia, quæ una est, & cui
gratia soli baptismi dare, & peccata solvere permissa
est, à Philippo Diacono, que ydè Apostoli miserant
baptizati erant, & ideo, quia legitimum, &
Ecclesiasticum baptismum consecuti fuerant, bapti-
zari eos ultra non oportebat, sed tantummodo quod
deerat, id à Petro, & Ioanne factum est, ut oratio-
ne pro eis habitæ, & manu imposita, inuocaretur,
& infunderetur super eos Spiritus sanctus.* Id ipsum
confirmat Origenes lib. 1. Periarch. de ba-
ptismo, & confirmatione loquens: cum ait,
*per impositionem manuum Apostolorum post ba-
ptismum gratia, & reuelatio sancti Spiritus trade-
batur.* S. vero Hieronymus lib. aduers. Lu-
cifer, cum Ecclesiæ ritus ad suam quemque
originem deducere, eorumque cum anti-
quitatem, tum dignitatem declarare contē-
deret, de hac eadem re differens, inquit, *an
nescis, etiam Ecclesiarum hunc esse morem. ut ba-
ptizatis postea manus imponatur? exigis, ubi scriptum
sit? in Actibus Apostolorum, etiamsi scriptura
auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partem
consensus instar præcepti obtineret.* Præterea In-
nocentius I. Pontifex Epist. 22. ad Ep. Mace-

donia c. 5. ostēdere volēs, quā impiē, atque sacrilege faciēt, qui pueros infātes, aut adultos iterata ablutione lustrabant, scribit, baptizatos, ritē ab Euangelista Philippo, Petrus, & Ioannes sola manus impositione consummant. Illos vero, quos Apostolus Paulus Ioannis baptismo baptizatos reperit, interrogauitque an Spiritum sanctum accepissent, fatētibz se nē illud quidem nomen audisse, iussit eos baptizari. Atque huic opinioni congruit ipsius Bedæ Expositio in cap. 19. Act. Apost. vbi Confirmationis post baptismum collatæ clarē meminit, inquit: dixitque ad eos, si Spiritum sanctum accepistis credentes? hoc est, si post baptismum a manus impositionem qua Spiritus sanctus dari solet, accepistis. Quibus etiam persimile est illud Isidori Hispalensis li. 2. de Eccles. Offic. cap. 26. post baptismum per Episcopos datur Spiritus sanctus cum manuum impositione. Hoc in Actibus Apostolorum fecisse meminimus Apostolos, &c. Nec Vualfridi Strabonis testimonium contemnendum est lib. de reb. Eccles. cap. 26. de chrismatismis vnctione disputantis, addiderunt alij chrismatismis vnctionē, quam ex veteri sumptam consuetudine nemo, qui dubitet: cum primis temporibus impositione manuum baptismus confirmari solet: quod in Samaria fecisse Petrum legitur, & Ioannem. Demum Oecumenius ad cap. 8. Act. Apostolor. tam manifeste huic expositioni fauet, vt de ea nullus dubitandi locus relinquatur, ait enim: si, qui baptizauit in Samaria, Philippus vnus ex Apostolis fuisset, eandem auctoritatem dandi Spiritum Sanctum habuisset, & non fuisset opus, vt Petrus, &

Ioannes descenderent ab eo Hierosolymis, ysq; gratiam Spiritus exhiberent. Philippus, cum esset vnus ex septem Diaconis, potestatem non habebat, vt per impositionem manuum dare Spiritum sanctum posset. Atque vt ab Actis Apostolorum ad alia testimonia veniamus. Author Constitutionum ipsorum lib. 6. cap. 7. docet, Apostolos, quod tamque salutis fonte Christo lucrabantur, etiam Confirmationis sacramento, quasi firmis armis, in spiritale certamen instructis: omnibus baptizatis impostis manibus, oratione gratiam eis Spiritus sancti impartiebamus. Et capit. 23. Episcopi, & presbyteri omnino idē facere iubentur, de baptismo d' Episcopo, & presbyter, iam antea precepimus, unges autem prius oleo sancto, deinde baptizabis aqua: postremo consingabis unguento, & unctio sit participari. sancti Spiritus.

Cur statim post Baptismū Confirmatio celebraretur.

CAP. XXXI.

Quæ verba si quis apud se diligentius reputet, non erit, cur amplius constitutionis eius rationem desideret. Satis enim constat, vberriam Spiritus Dei copiam, atque omnem charismatum abundātiā, quæ in singulos baptizatos infunditur, primos gentium magistros significari voluisse. Quod Rabani Mauri sententia confirmatur lib. 1. de Inst. Cler. cap. 30. cū de vtroq; chrismate, in vertice, & frōte verba faciēs, *signatur*, inquit,

F ff ij

Causa confirmandi statim post baptismum

baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate, per Pontificem vero in fronte, ut priori unktione significetur spiritus sancti descensus ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoque ut eiusdem spiritus sancti septriformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientia, & virtutis venire in hominem declaretur. Nec mirum, si homo bis eodem chrismate ad accipiendum Spiritum sanctum ungetur: cum idem spiritus bis sit ipis Apostolus datus. In terra semel, quando post resurrectionem suam Dominus insufflauit in eos, & dixit: accipite spiritum sanctum, & c. & de caelis semel, quando post ascensionem Domini in die Pentecostes in linguis igneis super Apostolos venit, & omnium gentium linguis loqui eis concessit. Verbanus tamen Pap. i. aliam rationem afferre videtur Epist. decret. ad vniuers. Christian. ut nimirum ex eo ad professionis Christianae studia attentiones feremus, & subducto à rebus humanis animo ad spiritualium, & diuinarum amorem inflammata voluntate ferremur cum inquit: omnes enim fideles per manus impositionem Episcoporum spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani inueniantur: quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur. De Spiritu sancto accipimus. Ut efficiamur spirituales: quia animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei. Ad cuius rei confirmationem adduci possunt S. Cypriani, & Melciadis Papae auctoritates, quas paulo antè citauimus, sed a nobis omituntur, ut breuitati consulamus. Nec vero inanis, aut absurda quippiam videri debet Albini Flacci

Secunda
causa tra-
dendae con-
firmationis
post baptis-
mum.

ratio, quam explicatam reliquit lib. de Diuin.
Offic. cap. de sabb. S. Paschæ, ita sentiens,
baptizatos ad Euangelij faces in terrarum or-
bem inferendas, & vitam naturæ debitam
Christo Domino pie, fortiterque reddendam
non leue robur accipere sic enim habet, *tunc*

Tertia cau-
sa statim
baptizatos,
confirmã-
di.

*sacro chrismate caput perungitur, & mystico regio-
tur velamine, ut intelligat se diadema regni, &
sacerdotis dignitatem portare nouissime per imposi-
tionem manus à summo sacerdote & septiformis gra-
tiæ spiritum accipit, ut roboretur per spiritum san-
ctum ad predicandum alijs, qui fuit in baptismo per
gratiam vitæ donatus æterna. Quotus enim quis-
que est, Christianæ religionis fide imbutus,
qui nesciat. Confirmationis caractere nos ve-
lut Christi milites ad eius nominis publicam
confessionem, & propugnationem, ac con-
tra insitos humanæ naturæ hostes firmissimis
præsidij armari? Cum ex altera parte, recen-
tis Ecclesiæ Christianæ temporibus, feri, ac
barbari dæmonum cultores semper intento
animo in perniciem Christiani nominis excu-
barent, & plerique eorum, qui in fidem Chri-
sti concedebant, adulti essent, ut & legatio-
nem Dei docendo, concionandoque obire,
& pro confessione Christianæ religionis for-
titer datis cervicibus, gloriosi certaminis cur-
sum peragere possent.*

Quando, quibusuè causis post Baptismum confir-
mandi ritus antiquatus fuerit: & de locis
ubi vetus consuetudo seruatur.

CAP. XXXII.

Conferu-
do confir-
mandi post
baptismum
cur, & quã-
do cessaue-
rit.

QUæ posteaquã cessare cœperunt, Prin-
cipibus ad sanio-rem mentem traductis
& infantum preu-
alente baptismo,
eritã con-
suetudo confir-
mandi paulatim
desijt. Ac primo
quidem ad septi-
mum diem à bap-
tismo deducta est,
cum ob eas causas,
quæ ante dictæ
sunt, tum ob alias
Christianæ pietati
ma-

Mos inue-
ctus confir-
mandi octa-
ua die post
baptismum

xime consentaneas,
ut Rabano Mauro
dicimus lib. 2. de
Instir. Cleric. cap.
39. his uerbis:
*alios septem dies
in memoriam eiusdem
Domini-
nicæ resurrectionis
congrua festiuitate
subiungimus:
quos VII. dies
albas uocamus
propter eos, qui
in sancta nocte
baptizati, albis
per totam hebdoma-
dam utuntur
uestibus, & tunc
maxime dum
alba tolluntur
à baptizatis
uestimenta, per
manus imposi-*

Confirman-
ti mos octa-
ua die cur-
sibilatus.
Episcopi
dicecesim
cheunt cõ-
firmationis
administrã-
de causa,
& quando
id fieri cœ-
perit.

tionem à Pontifice
spiritum sanctum
accipere conue-
niens est, qui in
baptismo omnium
repperunt remis-
sionem peccatorum.
Sed, aucto paulatim
fidelium numero,
& baptis-
mate in singulas
parochias in-
jecto, cum Episcopi
tantam hominum
multitudinem vno
die confirmando
sufficere non
possent, commodior
ritus adhiberi
cœpit, ut illi statis
per annum diebus
dicessim obeundo,
eos, quibus spiri-
tuali in-
te-
mento opus erat,
sacro sancto chris-
tismo confir-
marent. quod quo
primum tempore
fieri cœperit, pro
certo ponere non
aui-
m, ne di-

rinare potius, quam veritati inherere dicar. Baptismus
 Crediderim tamen, post tempora Caroli adultorum
 Magni incepisse, quia tunc etiam adultorum quado ces-
 baptismus cessauit: quorum præcipue causa sarit
 Confirmatio abhibebatur. Verum hæc, quæ Consuetu-
 demore post baptismum confirmandi abro- do post
 gato dicta sunt, ad solas Occidentis solis re- baptismum
 giones pertinere existimamus, quoniam in confirman-
 Oriente, ac præsertim in Græcia atque Aethio- di in Græ-
 pia vetus consuetudo perseverat, sicut ex ver- cia atque
 bis Hieremiæ Constantinopolitani responsi. durat.
 cap. 2. rationi consentaneum est, baptismum etiam
 chrysmate subiungi, nec in tempus differri, & Ord-
 nis baptismi secundum usum Aethiopum, sa-
 cerdos autem dicit sequentem orationem super eos, qui
 baptizati sunt, priusquam eos unget balsamo, postea
 ungit frontem, &c. facile omnes intelligere
 possunt.

De pace, seu Benedictione, Missa, & Officio.
 CAP. XXXIII.

Rursus hic de pace baptizatorum dicere ne-
 cesse est, quia eam denuo post Cõfirma- Baptizatis
 tionem dari solitam, author est Const. in Edict. iterum pax
 ad Sylu. vbi de suo baptismo, inquit, leuatoq; dabatur.
 me de venerabili fonte, & induto vestibibus candidis,
 septiformis gratia sancti spiritus consignationem ad-
 hibuit beati chrysmatis unctione, & vexillum san-
 ctæ Crucis in mea fronte liniuit, dicens, signet te Deus
 sigillo fidei suæ, in nomine Patris, & Filij & spi-
 ritus sancti, insignatione fidei, cunctusque clerus
 Fff iij

respondit, Amen. & adiecit Praesul. Pax tibi. Ac ne quis hoc singulare exemplum esse, nec a communi Ecclesie consuetudine profectum, existimet, S. Gregorij testimonium adijciam homil. 17. in Euangel. qui hunc ritum apertissimè demonstrat, inquit: *per nos quidem fideles ad sanctum baptismum veniunt, nostris precibus benedicuntur* &c. Et Author Ordinis Romani rit. de sabb. S. omnes baptismi ritus sigillatim persequens, ait: *Pontifex tincto pollice in christumate faciat crucem in frontibus singularum, ita dicendo, confirmo, &c. pax vobiscum, & cum ritu tuo. Quibus expletis, iussi incipiunt in Eusebia litaniam tertiam, trinam, ordine superscripti, & campana tanguntur, & ingrediuntur ad Missam.* Et profecto ad hanc consuetudinem pertinere videntur, quæ de benedicendi ritu a veteribus scriptoribus tradita sunt, cum vel pax benedictionis pars esset, vel benedictio pacem sequeretur, benedictionis quidem meminit Tertullianus lib. de bapt. capit. 8. cum scribit: *dehinc manus imponitur per benedictionem aduocans, & inuitans spiritum sanctum, & paulo post huius benedictionis figuram in veteri testamento agnoscit his verbis, sed est hoc quoque de veteri sacramento, quos nepotes sui ex Ioseph Ephraim, & Manasse in capillis impositis, & intermutatis manibus benedixerit, & quidem ita transversum obliquatis in se, ut Christum deformantes iam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram, quem locum de benedictione post baptismum Iacobus Pamelius exponit, quæ licet iam dudum ab Ec-*

Benedictio
baptizatis
imponere
debatur.

Figura be-
nedictionis
baptizato-
rum.

desia sublata sit, tamen eius vestigium est,
 quod in Concilio Prouinciali 4. statuitur
 titulo de ijs, quæ pertinent ad sacramentum
 baptismi, vt Parochus, vbi primum parochia
 suæ pueri in Ecclesiam introducuntur, illis pia
 precatone benedicat. Missæ autem post ba-
 ptisimum celebrandæ ritum, præter allatam,
 Ordinis Romani auctoritatem alia etiã scri-
 ptorum testimonia demonstrant. Albinus
 quidem Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 19.
 de sabb. S. Paschæ, de supplicatione, & Mis-
 sa hæc habet: *finito etiam superscripto baptismo
 in Sabbato sancto, sunt litania ex iussu Pontificis
 ante altare: primo septena &c. His finitis pulsan-
 tur sona ad Missam publicam. Et paulo post:
 Sequitur, Christe audi nos, Kyrie eleison. His ex-
 pletis, dicit Pontifex, Gloria in excelsis Deo, &c.
 Rursus ibidem: accensis omnibus luminibus, pro-
 cedit Pontifex cum omni ornatu vsque ad altare, &
 dicit: Gloria in excelsis Deo, & peragitur Missa in
 ordine suo. Quibus locis quanquam id liquido
 apparet, tamen vt lectori penitus persuadea-
 tur, clarissima Rabani Mauri auctoritate cõ-
 probabo, apud quem lib. 2. de Institut. Cle-
 tic. cap. 38. de sabb. S. Paschæ ita legitur, qui-
 cumque autem scire desiderant, quanta aucto-
 ritate, & ratione baptismus istius temporis nobis
 commendatur, legat decreta Leonis Pape, & in-
 ueniet. Post baptismum vero, & litanias, sequi-
 tur sancta Missarum celebratio. Nec vero hoc
 solum in solenni, & publico baptismo fieri
 solebat, sed etiam, cum quis priuatim extra
 constituta tempora lustrabatur, vt multis ve-*

Vestigium
 benedi-
 ctionis ba-
 ptizatorum
 Missa cele-
 bratur post
 baptismũ.

Missa dice-
batur post
baptismum
etiam si ille
extra Pal-
cha, & Pen-
tecosten.
conferre-
tur.

terū testimoniis comprobare facile est. Nam
in vita SS. Processi, & Martiniani legitur. S.
Petrum, vbi aliquot, carcere detentos, bap-
tismi dono ab infelicibus vepretis, ac salubris in-
Christi castra compulisset, rite, ac legitime sa-
crificium Deo immolasse. Sic enim habet: Ho-
ut viderunt cuncti, qui erant in custodia, prostrave-
runt se ad pedes beati Petri Apostoli, & baptizati
sunt promiscui sexus, & diuersæ ætatis numero qua-
draginta septem, obtulit autem pro eis sacrificium
laudis, & participes eos fecit corporis, & sanguinis
Domini nostri Iesu Christi. Quod ipsum præsti-
tisse B. Sixtum Pontificem, postquam SS. Ge-
tulio, Cereali, Amatio, & Primitiuo salutarem
ablutionem ex Ecclesiæ consuetudine adhi-
huit, ex eorum Actis clare colligitur his verbis:
B. Sixtus pro singulis obtulit sancta libamina, &
participes eos fecit sacrosancti corporis, & sanguinis
Christi. Nec aliter S. Stephanus, vniuersi fidelium
generis caput, & Pastor egit, cum magnam ho-
minum multitudinem baptismi sacramento
ad Christi ouile aggregasset: cum igitur, inquit
Simeon Metaphrastes in vita ipsius, ad eam cry-
ptam conuenissent, inuenti sunt illic tam mares, quàm
femina, centum, & octo: quos illo ipso die Pontifex
in nomine Domini nostri Iesu Christi, sanctissimo
baptismate, & aliis diuinis mysteris consecrauit, &
ut illis placatum, & proprium Deum redderet, sa-
crificium obtulit. Caius etiam, diuinæ potestatis
vicarius, & minister, cœlestē illam, ac salutarem
hostiam diuino numini immolauit; vbi Clau-
dium, Præpedignam, Alexandrum, Cuthiam,
& Maximum sacro lauacro in Christi militiâ

adscript; si Actis S. Susannæ Virginis habenda est fides: ex quibus hæc transcripsi: Eadē hora B. Caius Episcopus linuit eum chrismate, baptizauitque eius uxorem Præpedignam, & filios Alexandrum, & Cuthiam, quos Gabinius presbyter à baptismo suscepit. Oblulit uero pro illis sacrificium in eadem domo, & consecrauit corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Et mox infra: S. Caius Episcopus, ut habet consuetudo, baptizauit eum, & de pelui eleuatum, chrismatis sacramento linuit, obtulitq; pro eo sacrificium Domino, & eius omnes sunt participes effecti. Deniq; Marcellus, S. Petri Apost. principis legitimus successor, cum Apronianum, à Sifinnio baptizatum, chrismate inuauisset, de more sacris operatus est, ut Acta eiusdē tradunt: Sifinnius diaconus dixit ei, illum te Christus. Et eleuauit eum de pelui, & duxit eum ad S. Marcellū Episc. qui eum chrismate consignauit, & post hæc altare consecrauit. tūc participari sunt omnes corpore, & sanguine Dom. nost. Iesu Christi. Sed de causis rei diuinæ post bapt. peragendæ est hic proprius scribēdi locus, quas sane plurimas rei oportunitas cuilibet suggerere potest, uerū nos sigillatim illas recensere omittimus, ne de lectoris iudicio indignius, atq; par sit, sensisse uideamur. vnam, eamq; illustrem nostris literis attigisse, fat erit, quæ à Simeone Metaphraste significata, ne longam quidam orationem desiderat. Etenim, cum ille scripserit, ut illis placatum, & propitiem Deum redderet, sacrificiū obtulit, omnes intelligunt, propterea sacram liturgiā celebratam fuisse, ut flagitiorum, & scelerum, quæ ante baptismū concepta fuerant, ab irato

Deo venia, paxque impetraretur. Hæc vero
 consuetudo Gentilium obseruationibus af-
 finis erat, qui cum nomen accipiebant, vel
 alicuius Dei sacris initiabantur, hostiam im-
 molabant: vt Suidas, Lilius Gregorius Giral-
 dus, Guilielmus Stucchius, & alij docuerunt.
 Ex veterum quoque monumentis collegi,
 hanc liturgiam baptismi sacramento accom-
 modatam fuisse, ita vt in ea preces pro bap-
 tizatis Deo funderentur, quod videre possu-
 mus apud S. Gregorium lib. sacrament. cum
 in missa sabbati sancti, dum inquit: *Hanc ig-
 tur oblationem seruitutis nostræ, sed & cuncta fa-
 milia tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque,
 quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu
 sancto, tribuens eis remissionem omnium peccati-
 rum, qua sumus, Domine vt placatus admittas,
 tum in missa sabbati Pentecostes vbi habet:
 oratio ad missam post descensum fontis, præsta, que-
 sumus, omnipotens Deus, vt claritatis super nos
 splendor effulgeat, & lux tua lucis, corda eorum
 qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus
 lustratione confirmet. Quo loco descensus fon-
 tis, & renatorum, id est, in lucem spiritalem
 editorum mentio de baptismo sermonem ef-
 fe, perspicue declarat. Amplius hæc missa
 octo diebus celebrabatur: atque in ea sacer-
 dos cælestis gratiæ cumulū baptizatis à Deo
 precabatur, cuius moris S. Gregorij abundat
 monumenta: vt cum in præfatione Missæ fe-
 riæ secundæ in Albis scribit, *te suppliciter exo-
 rare, vt fidelibus tuis dignanter impendas, quo &
 Paschalis capiant sacramenta, & desideranter ex-**

Cur missa
 post bap-
 tismum cele-
 braretur.
 Gentiles
 nomen ac-
 cepturi, vel
 Deo initiã-
 di sacrificia-
 bant.
 Preces in
 Missa pro
 baptizatis.

Missæ pro
 baptizatis
 celebra-
 tur octo
 diebus.

p^{er}ventura, ut in mysterijs, quibus renati
 sunt, ad novam vitam his operantibus perducantur.
 Item in oratione ad Missam ferie 5. in Alb.
 Deus, qui diversitatem gentium in confessione tui
 nominis adunasti, da, ut renatis fonte baptismatis
 una sit fides mentium, & p^{er}as actionum. Et in
 secreta. suscipe, quasumus, Domine munera po-
 pulorum tuorum propitius, & confessione tui nomi-
 nis, & baptismate renouari, sempiternam beati-
 tudinem consequantur, rursus in secreta ferie
 6. in Alb. hostias quasumus, Domine placatus as-
 sume, quas & pro renatorum expiatione peccati de-
 ferimus, & pro celebratione celestis auxilij, & mul-
 tis alijs locis, qua consulto p^{er}tereo, missa
 consuetudinem, & simul quot diebus cele-
 brata fuerit, indicasse, satis huic loco me fe-
 cisse ratus: cum ea omnibus longè notissima
 sit, què propterea, ut in hominum memoria
 penitus insideret, nobili vestigio expressa est:
 cum Paschate, & Pentecoste Canonicorum
 collegia pro baptizatis rem diuinam appata
 tissima pompa cōficiant: & ceteri etiā pres-
 byteri in Milsis, quas octo dierum spatio ce-
 lebrant, preces Deo pro iisdem adhibeant.
 Cui mori finitima est consuetudo in horarijs
 precibus, quas sacerdotes octo Paschatis, &
 Pentecostes diebus obeunt, diuini numinis
 opem pro baptizatis implorandi: qua & an-
 tiquitus à fidei Christianæ cultoribus seruata
 fuit, scribente S. Gregorio lib. sacram, in o-
 ratione ad vesper. fer. 6. in Alb. Deus per quem
 nobis & redemptio venit, & prestatu adoptio, res-
 pice in opera misericordie tue, ut Christo renatis &

Missa pro
 baptizatis
 in Pascha-
 te. & Pen-
 tecoste va-
 de mana-
 rit Cur in
 missis octo
 dieru Pas-
 chæ, &
 Pentecoste
 baptizato-
 rum men-
 tio fiat. Of-
 ficiu pro
 baptizatis
 dicebatur
 octodiebus
 Paschæ, &
 penteco-
 stes.

aterna tribuatur hereditas, & vera libertas; item oratione ad vesper. sabb. in Alb. Deus, qui multiplicas Ecclesiam tuam in sobole renascentium, sat eam gaudere propitius de suorum profectibus filiorum, & Ordine Romano tit. de octo Offic. Neophytorum; octo officia, qua sunt in commemoratione Neophytorum, distinguuntur à cæteris sequentibus, & nunc in Ecclesia Ambrosiana inuiolata custoditur: vt omnibus perspicuum est.

De veteri more post baptismum sacram Eucharistiam sumendi. CAP. XXXIV.

Liber autem hoc loco contemplari, veteres Missæ sacrificium peregrisse, non tantæ æterni numinis propitiandi studio, quam vt omnes, qui sacra lympha corpus, animutiq; abluerant, salutaribus epulis animæ velcerentur. Cuius consuetudinis originem ad Apostolos referendam esse, nemo dubitat, cum & Acto- rum verba, erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & cõmunicatione, fractione panis, & oratione, clarè demonstrant; quemadmodum Ioannes Ferus, Hofmeisterus, & Gagnarius explicant: & B. Petrus septem, & quadraginta homines, quos in carcere ad ouile Christi cõgregauerat, sacrosancto Eucharistiæ conuicio exceperit, vt in vita SS. Processi, & Martimiani habetur, cum inquit: baptizatiq; sunt beati Processus, & Martimianus à B. Petro Apostolo. Hoc vt viderunt cuncti, qui erant in custodia, prostrauerunt se ad pedes B. Petri Apostoli, & baptizati sunt pro-

Eucharistia
dabatur
statim post
baptismum
& eius ori-
go ab Apo-
stolis au-
xic.

cuius sexus, & diuersæ ætatis numero quadraginta
 septem, obtulit autem pro eis sacrificium laudis, &
 participes eos fecit corporis, & sanguinis Domini no-
 stri Iesu Christi. Propterea Clemens Pontifex I.
 Apostolicarum consuetudinum egregie perit-
 us, cum de modo baptizandi præciperet Epi-
 stol. 3. de offic. sacerdotis, & clericorum, ita in-
 quit: baptizetur autem unusquisque in aquis peren-
 nibus, nomine Trina beatitudinis super se inuocato,
 perunctus primum oleo per orationem sanctificato; ut
 ita demum, per hæc consecratus, possit percipere de
 sanctis. Nullus enim dubitandi locus relinqui-
 tur, quin sanctorum nomine Eucharistia intel-
 ligatur: quod ea Christum Dominum, qui san-
 ctitatis omnis author est, admirabili integu-
 mento sese occultantem contineat. Ex his ve-
 ro plurimi Patres eiusdem moris præscriben-
 di, vel testandi occasionem duxere, veluti S.
 Dionysius Areopagita, eorum temporu æqua-
 lis, qui lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt.
 Pontificem inducit, ad sacram Synaxim bap-
 tizatos inuitantem, hoc pacto: ducunt ad Hiear-
 cham: cum virum vnguento, quod maxime diui-
 nos efficit, insigniuit, Eucharistia, que vim maximam
 habet perficiendæ sanctitatis, participem esse pronun-
 ciat. In cuius Contemp. Lincolnienfis, perfectis
 autem, inquit, rite omnibus, Pontifex cum, qui sa-
 cri nostri inuitatus est, ad sanctissimam Eucharis-
 tiam vocat, eumque mysteriorum, que perficiendi
 vim habent, participem facit. Quorum verbis ad
 huius consuetudinis probationem nihil oppor-
 tunius afferri posse existimo; cum vterque ip-
 sus Eucharistia apertam mentionem fecerit, &

cæremonias Baptismi administrationem con-
 sequi solitas explicare, sibi proposuerit. In
 vita etiam SS. Syri, & Iuuentii, siue Iuuentij,
 qui Ecclesiæ Papiensis habenas omnium pri-
 mi tractauerunt, multa leguntur, ad hanc
 quæstionem pertinentia, præsertim vero ubi
 scriptum est: *antequam sumerent cibum, omni-*
bus, qui cum Porphyrio venerant. baptizati, & ipse
Porphyrius baptizatus est. Iterumque Missam
celebratis solemnibus, secum omnes mensæ refectio-
bus adesse præcepit, mensæ enim refectioes pro
 Eucharistiæ conuiuio positas esse, nemo vo-
 cabit in dubium, qui, illud vitæ æternæ ali-
 mentum purè, & sanctè suscipientibus præbe-
 re, intellexerit B. vero Sixtus, Romanæ Ec-
 clesiæ Pontifex, cum SS. Getulium, Cere-
 lem, Amantium, & primitiuum ad Euange-
 lij lumen adduxisset, mox cælesti pane muni-
 uit: si Authori eorum vitæ credimus, dicebat
 ubi B. Sixtus, more Christiano, cum catechizatos,
 imbuit, ac deinde baptizauit. Eadem autem hora
 vidit Cerealis descendentem super se Spiritum san-
 ctum, & mox ingenti voce clamauit: ecce video lu-
 men quoddam solis splendore illustrius in medelabi. Por-
 to B. Sixtus pro singulis obrulit sancta libamina, &
 participes eos fecit sacrosancti corporis, & sanguinis
 Christi. Non dissimile exemplum ex S. Epi-
 phanio Constantiæ Episcopo, fororeque eius
 & Luciano presbytero colligi potest, quos om-
 nes statim post baptismum cælestis Agni pa-
 bulo refectos fuisse. Author est Simeon Me-
 taphrastes de vita S. Epiphaniij, cum inquit,
aduertit Episcopus, ita ut in throno sedebat, gloria-
10 11

tum esse vultum Epiphany, & coronam esse eius capi-
 titi impostam. post absolutum itaque Euangelium,
 ingressus est episcopus in baptisterium, & iussit, Epi-
 phanium ingredi, & eius sororem, & cum ipsis Lu-
 cianum, qui etiam fuit pater eius in sancto baptisma-
 te. Episcopus autem cum eos totam docuisset consequen-
 tiam, baptizauit. Cum ij vero essent participes diui-
 norum, & immortalium sacramentorum, iussit
 Episcopus eos prandere, &c. Quin immo ex eodē
 Simeone de vit. S. Steph. Pontif. aperte colli-
 gimus, innumeros homines, quo die cælesti
 lauacro loti sunt, eodem diuinis sacra Eucha-
 ristia dapibus refectos fuisse. Simeonis autem
 verba hæc sunt: cum igitur ad eam cypram con-
 uenissent, inueniunt illic tam mares, quam femi-
 ne centum, & cetero, quos illo ipso die Pontifex in no-
 mine Domini nostri Iesu Christi, sanctissimo bap-
 tismate, & aliis diuinis mysteriis consecrauit, & ut
 illis placatum, & propitium Deum redderet, sa-
 crificium obtulit: sicque omnes sacrificiorum partici-
 pes facti sunt. Vbi, quod aliis mysteriis initiatos
 esse, mentio fit, ad Confirmationis, & Eucha-
 ristia sacramentum, quod post baptismum da-
 ri solebat, referre oportet. Propterea ad eun-
 dem morem alludens Tertullianus lib. 1. ad-
 uers. Marcion. grauitur eum arguit, quod, cum
 iisdem, quibus nos, cæremoniis uteretur, di-
 uerse tamen de religione, & fide sentiret: ille
 quidem, inquit, vsque nunc nec aquam reprobauit
 creatoris, qua suos abluit, nec oleum, quo suos ungit,
 nec mellis, & lactis societatem, qua suos infantat, nec
 panem, quo ipsum cor suum representat. Et lib. de
 Pud. ca. 9. cum fœlicem conditionem eorum,

qui ab impio ministerio ad famulatum Christi transferunt, sumpta occasione describeret, nō obscure eiusdem rei meminit his verbis: *recondatur Patris Dei, satisfacto redit, vestem pristinam recipit, statum scilicet eum, quem Adam transgressus amiserat. anulum quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat; atque in exinde opimitate Domini corporis vescitur, Eucharistia scilicet.* Item lib. de bapt. cap. ultimo ipsos baptizandos admonet, vt, cum purifico tote perfusi, & cœlesti pane relecti fuerint, in diuinas preces se effundāt, pro certo habentes, Dei aures suis vocibus apertas fore. scribit enim: *igitur benedicti, quos gratia Dei expectat, cum de illo sanctissimo Lauacro noui natalis ascenditis, & primas manus apud matrem cum fratribus aperitis, petite de patre, petite de Domino, pecunia, gratias, distributiones charismatum subiiciente: petite, & accipietis.* Huius autem obseruationis vis in verbis, *primas manus aperietis*, posita est; quod olim in manum sumentis Eucharistia daretur. Amplius ad idem comprobandum iuuāt duarum cohortium milites, & duo tribuni, quos ab insita superstitione diuulsos, baptismi munere, veluti palmites in Christum inritos fuisse, ac mox sanctissimo Christi corpore, sanguineque recreatos, ex Simeone Metaphraste didici: cuius hæc sunt verba in martyrio S. Procopij cap. 12. *postquam autem est egressus, noctu venit ad Leonium ciuitatis Episcopum: cumque eum conuenisset, tradidit milites, mandans, vt ei curæ esset illorum baptismus. Ille vero cum accepisset, & deinde etiam catechesi instituisset, baptizat eos cū du-*

bus eorum tribunis, eosque impertit viuifico corpore,
& sanguine Christi. Quibus mire congruunt illa
eiusdem de vita S. Pelagiæ Tarfensis, Virginis,
& Martyris, quæ ab Episcopo Clino Baptismi,
& Eucharistiæ sacramenta suscepit: quæ cum bap-
tismate renouata esset, communionem de Christi men-
sa Episcopus accepit, eique impartiuit. Nec præter-
eundum hoc loco Claudij Præpedignæ, Alexā-
dri, Cuthiæ, & Maximi exemplum, de quorum
cœlesti cibo, potuque clarum est in vita S. Sa-
fannæ Virginis, cum scribitur: *obtulit vero pro*
illis sacrificium in eadem domo, & consecrauit corpus,
& sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & lac, &
mel, & fontem participauit que cum omnibus myste-
rium Dei. Et paucis interiectis: *baptizauit eum, &*
de pelui eleuatum, chrisimatis sacramento sinituit, obru-
litque pro eo sacrificium Domino, & eius omnes sunt
participes effecti. Nemo enim ignorat, mysterium
Dei, quod priori loco usurpatur, & sacrificium,
cuius posteriori mentio fit, ad Eucharistiam si-
gnificandam pertinere: cum in hac præcipua
Christianæ religionis mysteria, & verum Agni
cœlestis sacrificium cōtineantur, subeunt quo-
que in mentem S. Basilij, & Eubulus, quibus
Maximus Hierosolymæ Episcopus, cum diuini
lauacri participes effecisset, salutis portionem,
cœlestemque partem propinauit: dicente Am-
philochio in vita S. Basilij: *admirans vero Maxi-*
mus Episcopus Basily in Deum amorem, orans in-
duit eum resurrectionis Christi vestimentis. Baptiza-
uit autem etiam Eubulum. Vngensque eos sacro chris-
mate, tradidit illis viuificam communionem. Por-
ro sanctus Ambrosius lib. de iis, qui myste-

riis initiantur, cap. 8. non leuiter eundem morem tetigit his verbis: *his abluta plebs diuersi insignibus, ad Christi contendit altaria, dicens: intrabo ad altare Dei, ad Deum, qui lartificat iuuentutem meam. depositis enim inueterati erroris exuiis, renouata in aquila iuuentutem, cæleste illud festinat adire conuiuium. venit igitur, & videns sacrificium altare compositum, exclamans ait: paraisti in conspectu tuo mensam. & lib. 4. de sacrament. ca. 2. postquam solennes baptismi caremonias, quæ sacrosanctæ Eucharistiæ præmittebantur, accuratè persecutus est, ait: sequitur, ut Venias ad altare. & cap. 3. quasi superiorem locum explicans: venisti ad altare, vidisti sacramenta posita super altare, &c. quæ posteriora verba die Eucharistiæ pabulo ibi sermonem esse, clare demonstrant. S. etiam Hieronymus lib. 3. aduer. Pelagian. cum antiquam consuetudinem orationis Dominicæ in Missa recitandæ legentium oculis subicere, in animum induxisset, fortè in idem incidit, scribens: de baptisate surgentes, & regenerati in Dominum Saluatorem, impleti illo, quod de se scriptum est. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, statim in prima communione corporis Christi dicunt, & dimitte nobis debita nostra. Item lib. aduers. Lucifer. eundem ritum expressit, cum ait: Hilarium, cum Diaconus de Ecclesia recesserit, solusq; ut putat, incola mundi sit, neque Eucharistiam conficere potest, Episcopos, & presbyteros non habens: neque Baptisma sine Eucharistia tradere. ibi enim probare vult, Hilarium baptismi administrandi ius non habere: quia Eucharistiæ sacramentum confice-*

re non potest; cum nec ipse sacerdotio initiatus sit: nec presbyterorum, aut Episcoporum copia illi suppetat. quæ argumentatio vim non haberet; nisi post baptismum, Eucharistiam conferri solenne fuisset. quibus accedit S. Ioannis Chrysostomi testimonium, qui homil. 21. ad illuminat. volens eo hortari, ut omne peccatum summo odio haberent, ac præcipue ab avaritia, & turpibus verbis abstinere, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, quod statim post baptismum manibus, & ore tractauerant, ante oculos ad contemplandum constituit. dum ait: *cogita quid manu capias, & ipsam ab omni avaritia, & rapina liberam conserva. Reputa, quod non tantum manu capias, verum & ori admoueas, & linguam custodi a contumeliosis mandam, & turpibus verbis.* Ab Aponio quoque huius consuetudinis mentionem factam esse colligitur ex ipsius verbis, quæ lib. 1. in Cantic. scribit: *quem cibum Ecclesia in baptismatis suscipit sacramento, liquorem scilicet baptismatis candidissimum, suauemque succum corporis Christi, & pinguisimum butyrum, &c.* Verum id nihilo obscureius Iacobi Diaconi autoritas declarat de vita S. Pelagii illius, quæ diu pretio venalem pudicitiam habuit. In eo enim reperies, hanc mulierem, è cæno voluptatis extractam, & subiecta quasi oculis sua flagitia, atque facinora grauitè detestantem, se ad Nonni Episcopi pedes lachrymabundam prostrauisse: quam ille, diuini liquoris suauitate ebrius, baptismi, & Eucharistiæ sacramento expiauit. Sic enim habet: *mox Episcopus exorci-*

Ggg ij

Zavit, & baptizavit eam, & cum imposuisset ei
 signum Domini, atque cruce eam consignasset, Domi-
 nicum corpus ei tradidit. Quod si plura testimo-
 nia desideras, legendus erit Severus Alexan-
 drinus de bapt. ubi inquit: *elevant baptizati
 ad altare, eisque dant mysteria, Eucharistiam, & se-
 nis coronat eos sacerdos.* Quin poteris ex Rabano
 Mauro certissimum argumentum elicere, cu-
 lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 29. huius ritus dig-
 nitatem commendat: *regitur post sacram unctio-
 nem caput eius mystico velamine, &c. deinde corpore,
 & sanguine Domini omne procedens sacramentum
 in eo confirmatur.* Nec Beroldi nostri testimo-
 nium contemnes, qui in caeremoniali manu-
 scripto precationem aquae baptismalis con-
 secrandae referens, Deum vehementer obte-
 statur, ut eos, qui caelesti fonte purgati, & sa-
 luberrimo Eucharistiae cibo muniti fuerunt, a
 communi mortalium generis lue vindicet:
*quicquid, ait, noxium de pravaricatione contractum
 est, huius purgati puritate deponant: surgant ad re-
 quem: producantur ad veniam: ut mystico corpore,
 & sanguine innovati, redemptos se noverint, &c.* Ex-
 tant etiam apud Barnabam Brissonium ad l.
 Dominico de spectaculis in certi Authotis
 carmina: ex quibus, post baptismum, veteres
 saluberrimo Eucharistiae cibo refici solitos ef-
 se, perspicitur:

*Credidit oranti, & sitientem flumina vite
 Praeinctus puro perfudit Episcopus ammi,
 Quo peragente pios solito mox ordine ritus,
 Et divale sacrum libans, & chrismate fragrans,
 Attonitum mira se marestate sacerur.*

Licet enim ea de Bebiano quodā, vt ipse Brissonius testatur, dicta sint: ramen ad communem consuetudinem probandam plurimum valere, ex eo constat: quod Episcopum, in Eucharistiæ sacramento illi conferendo, solitos ritus peregrisse, mentio est. Eucharistiæ autē illi administratę argumentū colligo ex verbis diuine sacrę. vbi dicitur pro diuino, hoc est, in quo Deus immolatur, positum esse, perspicuū est.

ritum Eucharistiæ post baptismum suscipienda adultis, & infantibus communem fuisse.

CAP. XXXV.

Quinam vero sacra diuinę hostiæ mysteria sumerent, adulti ne solum, an etiam infantes, quanquam nihil certi ex veterum monumentis colligi potest, coniecturis tamen efficiam, vt omnes intelligant, pueros quoque post baptismum pię epulatos fuisse. Nam Simeon Metaphrastes de vit. SS. Ind. & Domn. dum aliquot puerorum, & virorum baptismata recenset, de sacri chrismatis, & celestis pabuli præbendi consuetudine hæc inquit: Pij vero cum omnes congregassent simul catechumenos, viros, & mulieres, & pueros, eosque in quatuor diuisissent, vt pote quod tempus postularet celeritatem, eos diuino baptismo perficiunt, & chrismate unguunt, & eos intemeritatis impertiunt sacramentis. quæ consideranti in mentem venit, sacramentorum nomine Eucharistiam intelligi:

Eucharisti-
am su-
mebant
que que
pueri post
baptismū.

Ggg iij

quod alia nulla commodior explicatio affertur
 possit, & eam pueris, iuxta, ac viris distributam
 fuisse; quia catechumenis administrata dicitur,
 inter quos non minus pueros, quam adultos,
 numerari mentio est. Et S. Anselmus in
 cap. 2. Luc. cum de Christo, qui ineunte aetate
 in templum ductus est, loquitur, ita scribit: *po-
 test etiam puer iste, qui in templum inducitur, illa
 nunc significare, qui ad fidem venientes in Ecclesiam
 inducuntur. Nam & hanc inductionem sic agunt san-
 cti patres, ut consuetudinem legis observent: quia, ex-
 pleta in baptismo purgatione, introducunt eos ad san-
 ctum altare consecrandos victimam divinae Eucharis-
 tiae.* Ex quibus argumentari licet, si Christus
 adhuc infans in templum ductus fuit, & bap-
 tizati, ad illud significandum, divinis Eucharistiae
 epulis accumbebant, pueros, atque infantes,
 post baptismum sacrosancta mysteria perce-
 pisse. Verum his coniecturis accedit alia, quod
 Clemens Papa primus Epist. 3. Dionysius Aeo-
 pagita lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bap-
 Tertullianus lib. 1. aduers. Marc. de pudicit. ca.
 9. & lib. de bap. cap. ultimo, Ambrosius lib. de
 iis, qui myster. inician. cap. 8. Hieronymus li.
 3. aduers. Pelagian. Ioannes Chrysof. homil.
 21. ad illuminat. Seuerus Alexandrinus lib. de
 bap. Rabanus Maurus lib. 1. de Institut. Cler-
 ricor. cap. 29. Beroldus in caeremoniali Ms. ac
 plerique eorum, quos superiori capite retuli-
 mus, cum Eucharistiae post baptismum praeben-
 de consuetudinem docuerunt, nullam adulto-
 rum, vel infantum mentionem fecere, quod
 iudiciu est, utrosq; ad sacra sinaxim accessisse.

Præterea, cum pœnitentiâ, ieiunium, Confir-
matio, & reliquæ baptismi cæremoniæ in-
fantibus cum adultis communes essent: non
est, cur, communionis vsum alteris ademptū
Eucharistiam à profano, & communi pane
nescire discernere, nequè ad eam accipiendâ
piecietatem animi, & religionem afferre posse:
cur illis, præter baptismi tempus, in liturgiæ
fine dabatur.

In fine mis-
sæ commu-
nionem e-
ciam pueri
inibant.

*Pueros sub vini specie, adultos sub vtraque Eucha-
ristiæ conuiuium inire solitos.*

CAP. XXXVI.

AT pueri idonei non erant, qui cœlestem
dapem contererent. Hoc refelli potest:
sed pugnare nolo, ad puerorum enim com-
munionem probandam sufficere debet, ipsos
sub vini specie sacram Eucharistiam sumpsisse
quod & verissimum est, & ab Hugone Victo-
rino memoriæ proditum lib. 1. de sacrament.
cap. 20. vbi ait: *exinde datur baptizato vestis
candida: ad vltimum datur cereus ardens omni-
bus his nouus homo in utero matris Ecclesiæ incoha-
tur, prouehitur, consummatur, & vniuersitati Ec-
clesiæ aggeratur, hoc est, corporis Christi membrum
efficitur. Vnde, si cius valetudinis est, sacramenta v-
nitatis, id est, corpus, & sanguinem Christi acci-
pere debet, pueris recens natis idem sacramentum in
specie sanguinis est ministrandum, quia tales natura-*

Pueri post
baptismum
Eucharistiâ
solummo-
do sub spe-
cie vini
sumebant.

liter suggerere possunt. Augustinus ad Bonifacium contra heresim Pelagianam. In Ecclesia saluatoris per alios parvuli credunt, sicut ex alijs, qui in baptismo dimittuntur, peccata traxerunt. Nec illud cogitatis, eos vitam habere posse, qui sunt expertis corporis, & sanguinis Christi. Dicente ipso Domino, nisi manducaueritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem, &c. ergo (si sine periculo fieri potest) iuxta primariam Ecclesie institutionem sacramentum Eucharistiae in specie sanguinis est tradendum pueris. Unde ignorantia adhuc formam retinens, sed non rem, dat eis loco sanguinis vinum, quod penitus superuacaneum arbitrarer, si sine scandalo simplicium dimitti posset, si autem in reseruando sanguinem Christi, vel ministrando pueris imminuat periculum, potius superledendum videtur.

Hæc Hugo: quæ si animaduertere velimus, tria ad rem præsentem colligi poterunt. primum est, pueros post baptismum sub specie vini sacrosanctum Christi sanguinem hausisse, quod probandum proposueram, alterum Hugonis ætate vini vsum in Christi sanguinis locum suffectum esse: tertium, adultos sub vtraque specie diuino Eucharistiae cibo animam refecisse, quorum duo priora, quamquam dignissima scitu, tamen alio literarum lumine caruerunt, de vltimo autem plurima veterum scriptorum testimonia existunt: quorum sex hoc loco proferam. Non solum enim ex capite trigesimo quarto desumi possunt loca vitæ SS. Procelsi, & Martiniani, participes eos fecit corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vitæ SS. Getulij, Cerea-

Winumpost
baptismum
pueris dari
cepit loco
sanguinis
Christi A.
dultis post
baptismum
Euchari-
stia dabatur
sub vtraque
specie.

lis, Amantij, & Primitiui, participes eos fecit
sacrosancti corporis, & sanguinis Christi, vitæ S.
Procopij, imperit viuifico corpore, & sanguine
Christi, & Rabani Mauri lib. 1. de Institut.
Cleric. cap. 29. corpore, & sanguine Dominico
omne præcedens sacramentum in eo confirmatur:
quæ hanc consuetudinem apertè declarant.
Sed etiam S. Gregorius Nazianzenus orat. 40.
in sanc. bapt. cum fideles hortaretur, vt pau-
peres cotrogatis elemosynis fouerent, au-
gustissimi corporis, & sanguinis Christi, quod
post baptismum susceperunt, meminit his
verbis: moueat te mystica mensa, ad quam accepisti:
moueat te panis ille, cuius participas actus es,
calix ille, quem accepisti, cum Christi passionibus
iniciareres, & Beroldus in ceremoniali manu-
scripto Ambrosiano, cum sui temporis cere-
monias, quæ in aquæ baptismalis consecra-
tione fiebant, accuratè persequeretur, ora-
tionem conscripsit, in qua Deum optimum
maximum precatur, vt ijs, qui post bap-
tismum corpus, & sanguinem Christi suscepe-
runt, suæ gratiæ munus liberali charitate im-
pertiat, quicquid (Beroldi verba sunt) noxiuum
de prauaricatione contractum est, huius gurgitis pu-
ritate deponant: surgant ad requiem: producan-
tur ad veniam, vt mistico corpore, & sanguine in-
nouati redemptos se nouerint, &c.

Communione post baptismum figura, & causa,
quamdiu ea consuetudo permanserit, Vbi
eius vestigium duret, & à quibus
etiam nunc seruetur.

CAP. XXXVII.

Figura cō-
munionis
postbaptis-
mum.

Ioannes
Hofmei-
sterus.
Cur Eucha-
ristia post
baptismum
daretur.

Huius consuetudinis similitudo, vel potius figura in veteri scriptura, clarè explicata est: cum Hebræi per mare rubrum diuinitus translati, pane cœlesti refecti sunt, ne deficerent quippe baptismus mari rubro aptè comparari potest, ac propterea baptizatos manna cœlesti pasci conueniens fuit, vt sic corroborati, confirmatique Satanz, quem in baptismo valere iusserant, fortiter resistere possent. Quod tradit * Author non spernendus in Act. Apostolor. 2. Verum alia eius rei causa commodior afferri potest, quod Baptismus à Christi Domini morte vim omnem afsecutus est, Eucharistię autem sacramentum Dominicę mortis memoriam nobis renouat. Ideoque priscis religionis ministris expedire visum est, post Baptismi sacramentum, Eucharistię mysterijs admitti, vt Redemptoris nostri mors, sepultura, & resurrectio baptizatis ante oculos tum ad contemplandum, tum ad imitandum constituerentur. Quod vt lectori facilius persuaderi possit, S. Augustinũ testem citabo, qui lib. de Ecclesiast. dogmat. ita scribit: *baptizandus confiteatur fidem suam et*

nam sacerdote, & interrogatus respondet: hoc & martyr coram persecutore facit: quia & confitetur fidem suam, & interrogatus respondet: ille post confessionem vel aspergitur, & aqua vel intingitur hic vel adspersus sanguine, vel coningitur igne, ille manus impositione Pontificis accipit Spiritum sanctum, hic habitaculum efficitur Spiritus sancti, ille communicat Eucharistia in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur, &c. Quamuis enim hoc loco Eucharistia statim post Baptismum administrare metio non fiat, tamen ita intelligendum esse, facile existimabimus: si Confirmationem, cuius cum Eucharistia æqua ratio est, Baptismum subsequutum esse, meminerimus, mortis autem Domini commemoratio, quæ in allata authoritate legitur, eius causæ, quam supra significauimus, desiderati fidem haud dubiam facere potest. Accedit tertia ratio, quod baptizatos à misera dæmonum seruitute in Christi, & Ecclesiæ libertatem assertos esse, illa cæremonia significabatur: siquidem vetus mos, & consuetudo fuit, ut manumissi patroni mensæ accumberent, de qua re Tertullianus lib. de resurrectione carn. sic ait, oro te, si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadē caro, atq; anima permanent, qua flagellis, & compedibus, & stigmatibus obnoxia retro fuerant, idcirco illa eadem pati oportebit? non opinor: atqui & vestis alba nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur. Quod si tempus, quo in Ecclesia durauit, inuestigare velis, ad Theophylacti ætatem, quæ incidit anno à salute

Mos Eucharistia post baptismum præbendæ duravit usque ad annū 900.

Quare cōsuetudo post baptismum cœlesti pane vescendi desierit. Vestigium Eucharistia sumendæ post baptismum Mediolanidur.

pueris baptizatis aliquot in locis, quod ex calicis ablutione superest, describit.

humano generi restituta DCCCC. peruenisse reperies: quoniam ipse ad cap. 10. Luc. eā ceremoniam tradidit hoc pacto, quod dicitur qui baptizantur, liberantur à vulneribus animæ, sicut quidem unguenti uncti, statim autem communitantes, & diuini sanguinis partitipes sunt. ad plura etiam tempora durauisse, fateri eos oportet, qui Beroldum Theophylacto posteriori fuisse, censent, sed ego id definire non ausim, rationum, uel coniecturarum, quibus ad tuendum impellar, inopia. Sane igitur erit. Eucharistiæ post baptismum sumendæ consuetudinem, & simul quamobrem in Ecclesia instituta fuerit, intellexisse, que nec temere abrogata fuit: propterea quod, paruulorum baptismo inuecto, qui cœlestis illius cibi dignitatem penitus ignorant, ualde timendum erat, ne grauis iniuria sacramentis inferretur: nec ita nunc quidem abolita est, quin eius imaginem videamus in uersu Ambrosiano Pentecostes, qui *transitorium* appellatur, ubi scriptum est: *hymnum canite agni mundi, lauacro fontis renati, satiari corpore Christi,* cuius posteriora uerba ad morem baptizatos cœlestis Agni cibo pascendi referuntur, quamquam & eius rei magis expressum uestigium est, quod Ioannes Eckius homil. 17. de bapt. quibusdam in locis pueris baptizatis, quod ex calicis ablutione superest, omnibus puerperij diebus præberi, testatur, & si scriptorum monumenta euoluamus, Eucharistiæ post baptismum percipiendæ consuetudinem in Græcia, & Æthiopia uigere, constabit,

Hieremias enim Constantinopolitanus, qui nuper in Græcia floruit, respons. 1. capit. 2. hæc inquit, rationi consentaneum est, baptismati etiam chrisma subiungi, nec in tempus differri, sed baptismatum continuo illius verenda communionis participem fieri. & incertus Author Græcus in S. Dionysium Areopagitam de Eccles. Hierarch. cap. 2. interprete Ioachimo Perionio, sic ait, verisimile est quidem, hæc statui, & conditioni temporum convenire, nunc autem accuratius observari in divinatorum mysteriorum perfecto missæ ministerio, in quo etiam y, qui recens illustrati sunt, communicare debent. Ex quibus pro Græciæ consuetudine certissimum argumentum elicitur. De Aethiopiæ autem more in Ordine baptismi secundum usum ipsorum ita legimus, postea sumunt sacramentum sanctum, & vinificans spondente sacerdote pro eis, corpus scilicet sanctum, & sanguinem venerandum Domini, Dei ac Redemptoris nostri Iesu Christi, quo loco ad verba, sanguinem Dominicum, in margine scriptum est, videlicet si adulti sint: alioquin enim pollicem tantum inmittit in Christi sanguinem, & eorum lingua immittit, quæ huc afferre volui: ut diversum ritum in Christi sanguine sumendo adultos, & infantes servare, omnes intellegant.

Eucharist.
post baptismum
sumimus
in Græcia,
& Aethiopia
durat.

olim baptizatorum capiti coronam impositam
fuisse.

CAP. XXXVIII.

Corona
capiti ba-
ptizatorum
imponen-
batur,

Illud quoque scitu dignissimum est, post
sacram synaxin, baptizatorum capiti co-
ronam impositam fuisse. Quod quamquam
scio multis incredibile visum ita, tamen, uti
ex veterum lectione mihi cognitum est, ita
rem sese habere, demonstrabo. Cæterum
huiusce rei veritas ex scriptorum testimonijs
pendebit. Iam primum S. Gregorius Nazian-
zenus Orat. 23. in laudem Hieron. philol. cū
eum Christianè quidem sentientem, verum
pro ea corruptela, quæ in plerasque regio-
nes irreperat, baptismi sacramentum diutius
differentem, ad Christiana sacra quam celet-
rimè suscipienda inuitaret, coronæ, quæ ba-
ptizatis dabatur, veluti Olympica dignioris,
meminit his verbis: *ades dum, ad sacra hæc, &
mensam hanc mysticam, atque ad me, qui per hæc
sacrum Deificationis munus obo, propius accede: ad
qua sermo, & vita te adducunt, & purgatio ea,
quæ per cruciatum comparatur, ades dum, coronis ne-
stris te deuinciam, ac clara voce, non in media
Lympia, nec in exiguo Græciæ theatro, sed coram
Deo, & angelis, atque vniuerso Ecclesiæ cæta
electorem proclamabo. Et Orat. 40. in sanctum
bapt. populo persuasurus, ut reiectis ignoran-
tiæ, & errorum tenebris, ad Christi Iesu fidē*

se conferret, hunc baptismi ritum clarè profert in medium. cum inquit: *baptismo consignare: hunc tibi vitæ socium, & familiarem asciscere: hic tibi & vitam, & verba moderetur, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus: honore eum complectere, ut te ornet, capiti que tuo gratiarum coronam nectat, & corona deliciarum te protegat.* Cyrillus vero Hyerosolymitanus in sua proca-tech. cum baptizatos hortaretur, ut omnes vitæ suæ rationes ad instituta rectæ, salutarif-que doctrinæ dirigerent, coronæ, ex floribus textæ, quam in baptismo susceperant, libèter eis memoriam refricat, opportunum ratus, ex suavitate odorum, qui afflantur è floribus, ad fructus Christiana professione dignos excitare: *iam (cuius verba sunt) est beatitudinis odor in vobis ò illuminati: iam spirituales colligitis flores ad plectendas cœlestes coronas: iam Spiritus sancti spiravit fragantia: iam circa porticum regalis palatii fuistis, vinam vero & ab ipso rege introducimini, flores iam arborum apparuerunt, vitinam vero & fructus percipiatur.* S. etiam Ioannes Chrylostomus Hom. ad baptiza. de multiplici sacri baptismatis vi, ac dignitate differens, ipsos Christianæ fidei candidatos precatur, ut, cum salutaris baptismatis mysterio initiati fuerint, corona capiti imposita, pro se ipso preces ad Deum fundere non grauentur, *norant, inquit, huius calicis virtutem, qui sunt diuinis consecrati mysterijs: sed & vos paulo post poteritis ad discere, memento re igitur mei, quãdo coronam solis radijs splendidiorẽ sentietis in capite.* Et Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. aper-

tius idem confirmat, scribens: & eleuant baptizatos ad altare, eis que dant mysteria, Eucharistiam, & fertis coronat eos sacerdos. Et paulo post, dum baptizatos ad lætitiã, & vitæ integritatem inuitat: fratres mei, inquit, psallite hymnũ filio dominatoris omnium, qui regum corona vos coronauit, peroptate eam, immutate vestimenta vestra, & candidi estote in modum niui, ac in similitudine Angelorum splendores vestros illuminate. In similitudine Angelorum ascendistis, dilecti mei, in flumine Iordanis, virtute Spiritus sancti haud marcescentes coronas accepistis, fratres mei, & gloriam domus Adami hodie induistis. Rursus ibidem de precatone sacerdotis ad Deum: Deus ille sanctus, sanctitatisque dator, cuius signo obsegnati estis, & impressi anulo chrisimatis fragrantissimi odori, cuius sancto baptisate baptizati estis, ipse dignos vos efficiat cœlesti regno suo, ac pro hac dissolubili corona coronet vos coronis iustitiæ, & operibus bonis. quę testimonia sic manifeste hanc consuetudinem declarant, vt. qui de ea dubitet, eum rationis expertem esse, necesse sit. Sed forte quis obijciat, Tertullianum, veterem, & probatum scriptorem, lib. de coron. milit. ostendere, coronæ gestationem Christianos dedecere, ac propterea minimè consentaneum videri, eam baptizatis datam, quam tantus Author improbarit. Quod tamen mihi negocium exhibere non potest, cum & Tertulliani sententia quænam fuerit, & diuersam singulorum temporum consuetudinem extitisse, constet. Nequẽ enim Tertullianus omni coronæ vsu Christianis interdixit, sed solum eo, qui

Gentilium more licentius inuectus erat. Deinde fieri potuit, vt Tertulliani aetate baptizatorum corona in vsu non esset, quia nec ipse, nec alius, ipsi aequalis, aut superior, eius meminit, verum postmodum ab Ecclesia adhiberi cœperit, sicut de pluribus alijs cœremonijs, & ritibus actum esse. intelligimus.

Baptizato- rum coro- na Tertul- liani aetate in vsu non erat.

Cur baptizatorum capiti corona imponeretur, & a quo illa imponi soleret.

C A P. XXXIX.

M Vltis vero, & ijs quidem grauissimis rationibus adductam esse Ecclesiã, cœ- seo, vt hanc consuetudinem non solum insti- tueret, sed etiam institutam diutius retine- ret. Primum enim maximè prouidendum erat, vt spiritualis lætitiæ aliquod argumentum ex- tarat. quod quidem facile ostendi posse vide- batur, si corona, quam in publicis conuiujs ac festis tam Christiani, quam Gentiles^a ad- hibeant, baptizatorum capiti imponeretur. Præterea, cum pacem, & amicitiam corona significaret, quemadmodum Cælius Rhodi- ginus scribit, valde congruum SS. Patribus vi- sum est, Dei pacem, & amicitiam, quam om- nes baptizati cum eo inibant, hoc simbolo demonstrare, ^b Per multi etiam sunt, qui, co- ronam beneuolentiæ, & amoris indicem esse, tradiderint, quare, vt bap. ex accepti benefic.

Causæ, cur baptizatis daretur corona. Coronati- tiæ erat symbolum. a Virg. 1. Georg. Ouid. li. 2. de rem. amor. & li 6. Fast. Iuuenal. Satyr. 9. Clem. Ale. 2. Præd. c. 6 Tertul de cor. mil. & S. Amb. in Hexam. Corona si- gnificabat pacem, & amicitiam,

H h h ij

recordatione in Dei amorem, & obseruan-
 tiam tota mente ferrentur, prudentissimè in-
 troducendum est ab Ecclesia, vt statim post ba-
 ptisma, coronam capite acciperent. Accedit
 ad alias rationes, quod baptizatus ad regium,
 & sacerdotale genus, Dei que in primis serui-
 tutem, ac rerum omnium perfectionem eue-
 hitur. Quæ omnia significandi vim in corona
 positam esse, Cato de re milit. apud Gel. lib.
 7. cap. 8. Virgilius 7. Aeneid. Tertullianus de
 cor. mil. 5. Cyprianus lib. de laps. & plures
 alij veteres scriptores docuerunt. Nec illud
 prætereundum est, libertos olim, & mortuos
 coronari solitos fuisse: quorum primum ex
 Plauto in Aulul. alterum ex Clemente Alex-
 drino lib. 2. Pedag. cap. 8. Plinio lib. 21. cap.
 5. & Minutio Felice in Octau. manifestè col-
 ligitur. Quare ex corona, baptizatis data, for-
 tasse nobis indicatè Patres voluerunt, per ba-
 ptismum homines è peregrinis Dæmonum
 seruis, hominumque mancipijs Angelorum
 ciues, & domesticos Dei euadere, in eis que
 deprauatas actiones, & omnem peccati for-
 dem penitus interire. Deinde, quod maxime
 omnium ad rem pertinet, excitandi erant ba-
 ptizati ad gloriosa pro Christi fide certamina:
 quæ vt altius eorum animo insiderent, coro-
 nam, quæ victoriæ symbolum est, illis dari,
 sapientissimo consilio Patres statuerunt. In
 quam sententiam clarè S. Gregorius Nazian-
 zenus Orat. 23. in laudem Hieron. philos. scri-
 bit his verbis: *adesidum, coronis nostris te deum-
 ciam, ac clara voce, non in media Olympia, nec*

b. Athen.
 lib. 15. ca. 11.
 S. Io. Chry-
 sost. in E-
 pist. 1. ad
 Timoth. &
 Mart. de
 Roadreb.
 singul. pag.
 304. 305. &
 306. Coro-
 na amoris
 index.
 Corona
 dabatur re-
 gibus, &
 sacerdoti-
 bus.

Liberti, &
 mortui o-
 lim corona,
 bantur.

Corona
 victoriæ
 symbolum
 erat.

in exiguo Gratia theatro, sed coram Deo, & Angelis, atque uniuerso Ecclesia cœtu victorem proclamabo. Verum aliam quoque causam à S. Cyrillo Hierosolymitano, & Seuerò Alexandrino significatam esse, reor, vt æterna corona, quã magnus ille præmiorum largitor omnibus Christi reigionē sequentibus liberaliter promittit, baptizati, si eius fidei, quam susceperunt, aptè, & conuenienter vixissent, sedonandos esse, intelligerent. Cyril. enim in pro-catech. hæc sunt verba; iam est beatitudinis odor in vobis O illuminari: iam spirituales colligitis flores ad plectendas cœlestes coronas. Seuerus autem lib. de bapt. sic ait: ipse dignos vos efficiat cœlesti regno suo, ac pro hac dissolubili corona coronet vos coronis iustitiæ, & operibus bonis. Sunt & aliæ rationes, à SS. Patribus allatæ, quas, si opus esse videbitur, lectores apud eorum monumenta videre poterunt, nos enim ad ministrũ qui coronam baptizatis imponebat, intento studio properamus: non quia vllus de eo dubitandi locus esse possit; cum, Baptismi ministrum cæremonias ipsius tractauisse, constat: ex quo sequitur, Episcopum baptizatis coronam imposuisse, verum vt rem, generali probatione satis claram, singularia testimonia clariorem efficiant, duo autem in primis sese offerunt: alterum S. Gregorij Nazianzeni orat. 23. in laudem Hieron. philos. in qua eius tarditatem, vel potius negligentiam sacri baptismatis suscipiendi coarguens, sic, inquit, adesdum, ad sacra hæc, & mensam hæc mysticam, atque ad me, qui per hæc sacrum,

Hhh iij

Episcopus
coronam
baptizatis
imponcbat

Defecationis munus obco, propius accede: ad qua sermo, & vita te adducunt, & purgatio ea, que per cruciatum comparatur, adejdem, coronis nostris denunciam, alterum vero Seueri Alexandrini lib. de bapt. vbi certas ipsius ceremonias enumerans, hæc habet, eleuant baptizatos ad altare est: que dant mysteria, Eucharistiam, & seris coronat eos sacerdos, priori enim loco S. Gregorius, qui in excelsa Episcopalis dignitatis sede collocatus erat, se coronam præbiturum ait, altero vero sacerdotem, quod Episcopi erat nomē, eandem coronam imponere, mentio sit.

De precibus inter coronam imponendam recitari solitis, quorum sumptibus emeretur, vna ne omnibus, an singula singulis imponi solerent de modo, quo imponebatur, & materia ex qua constabat: deque eiusdem hæc atate, usu, vel vestigio: & num sacerdotis precibus consecrari septimque diebus ferri, nossest; vbi præterea de ipsius depositione disputatur.

CAP. XL.

A Diungendæ vero sunt hoc loco preces, in corona imponenda recitari solitæ, quarum quia Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. & Ordo baptismi secundum usum Æthiopum apertè meminerunt, non erimus in ijs referendis, vel probandis longiores. Illud solum admonere volumus, preces, quas Episcopus ante, ac post coronæ impositionem

nem fundere solebat, multa quidem ipsi baptizato prospera, & salutaria continuisse, verum illud in primis, ut Deus benedictionem illi impartiri, gloriamque, & salutem præbere dignaretur. Scriptum est enim in ordine baptismi secundum usum Aethiopum, qui ex antiquis ordinibus desumptus est, in hunc modum, *Domine, pater bone, & sancte, qui coronasti sanctos tuos corona, que non corrumpitur, benedic eis, qui dignos nos fecisti, qui eas imponeremus capitibus famulorum tuorum, ut sint eis corona honoris, & gloria Amen, corona benedictionis, & salutis, &c.* Nec villo modo patiar, meis literis sileri, à quo sumptus in coronam fieret. quamvis enim ex ijs, quæ de veste candida, & cereo superius dicta sunt, facile dijudicari possit, diuites suis impensis coronam comparasse, Ecclesiam vero pauperibus eam largitam esse, quod par vtrorumque ratio fuisse videatur, tamen illius conquirenda, & singulis tam diuitibus, quam egenis præbendæ curam ad Episcopos spectasse, crediderim, non solum quia primitiæ sumptus in baptizandos causa, à Christianis offerebantur, quemadmodum capite. 43. de lacte, & melle patebit, aut quia Sanctus. Gregorius Nazianzenus orat. 23. in laudem Hieronymi philosophi ipsum, qui sane rerum copia affluebat, ad baptismi sacramentum inuitans *coronis suis*, hoc est, à se, vel ab Ecclesia comparatis, se illum deuincturum, ait, *ades dum* (inquit) *coronis nostris te deuinciam*: verum etiam quod similes

H h h iij

preces in
coronae
impositio-
ne quales
essent.

Corona
baptizatis,
tam diuiti-
bus, quam
egenis E-
piscopi,
Ecclesiæ
ue sumptus
daba-
tur.

Coronae
pates om-
nibus ba-
ptizatis
imponen-
bantur.

Coronae
singulae
singulis
baptizatis
dabantur.

coronas, & omnino pares omnibus baptizatis impositas esse, maioris minorisue discrimine sublato, cum propter sacrarum caeremoniarum constantiam, tum ne offensionis causa praeretur, valde probabile est, quod tamen fieri nullo modo potuisset, si singuli baptizandi sibi coronam comparare debuissent. Verum, quia hic singulas coronas singulis baptizatis datas esse, mentio facta est, inuestigemus accuratius, an haec opinio in dubium vocari possit. Et sane videretur, nisi multae rationes, quae ex citatis auctoritatibus colliguntur, fidem certissimam facerent, inter alias non exigui ponderis, ac momenti esse debet pluralis numerus, a S. Gregorio Nazianzeno orat. 24. in laudem Hieron. philosoph. Cysillo Hierosolymitano in pro catech. ad bapt. & Seuerio Alexandrino lib. de bapt. usurpatus: vn non immerito veteres scriptores imprudentiae, ac mendacij condemnantur, si vna corona omnibus baptizatis imposita fuisset. Verum alia etiam ratio priore non obscurior afferri potest, sancti nempe Ioannis Chrysostomi testimonium, baptizandos enixe precantis, vt peccatorum suorum veniam ab irato Deo impetrare conentur: cum suis capitibus coronam impositam senserint: *mementote igitur mei* (inquit homil. ad baptizant.) *quando coronam solis radijs splendidorem sentietis in capite.* Ex quo sic argumentari licet, tamdiu baptizatos in capite coronam tenuisse, quoad preces absoluissent, quia igitur cepit, eos aliquandiu preces inire, necesse est, longo temporis spacio in capite

coronam tenuisse. Quod si diu in capite corona tenebatur: quis adeo rudis sit, ut credat, eandem coronam pluribus baptizatis imponi potuisse? cum solum Paschatis, aut Pentecostes per uigilio olim baptismus administraretur: & innumeri fere homines eodem die vitalibus vndis expiari solerent. Atque hæc sunt ferè, quæ afferenda videbantur pro coronarum multitudine. nunc res ipsa monet, ut deinceps ad modum imponendæ coronæ transueamus: de quo nihil aliud afferri potest, quam quod S. Gregorius Nazianzenus innuit. cum enim orat. 23. in laudem Hieron. philof. de hac re loquens, *deuinciendi*, voce utatur, *ades dum, coronis nostris te deuinciam*: & Orat. 40. in sanct. baptif. *nectendi* verbum vsurpet: *capiti que tuo gratiarum coronam nectat*: haud dubie colligimus, coronam baptizatorum capiti alligatam fuisse. quod non minus ipsa latina verba, *deuincio*, & *necto*, quam græca Nazianzeni vox, *ἀραδῆνω*, declarant. id vero duplici ratione fieri potuit: aut quia filo corona capiti nectetur; aut quia corona tam arctè caput obiret, ut nexa esse videretur. quod vero ad materiam pertinet, ea ex allatis testimoniis facile intelligitur. Nam S. Cyrillus Hierosolymitanus, floribus contextam fuisse, clarè testatur Procat. ad baptizand. dum eos ad fructus Christiana religione dignos excitare conatur: *iam spirituales*, inquit, *colligitis flores ad plectendas caelestes coronas*. Idem affirmat Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. *fertis coronat eos sacerdos*. Nec, si rectè perpendatur, alia sententia sub-

Corona
baptizato-
rum capiti
alligabatur

Coronæ
floribus
confiata
erat.

est S. Gregorij verbis orat. 40. in sanct. bap-
honore eum complectere, ut te ornet, capiti que tuo
gratiarum coronam neclat, & corona deliciarum te
protegar: cum ex florum suauitate, quibus bap-
tizati corona constabat, eum ad vitæ Christia-
næ delicias intuentes, & contemplandas in-
uitet. Verum Ordo baptismi secundum vsum

Corona ex
myrtho, &
palma.

Æthiopum, qui tomo sexto bibliothecæ Pa-
trum additus est, ex myrtho, & palma compo-
sitam fuisse, demonstrat, cum inquit: *tum in-
diunt, qui baptizati sunt, vestem albam, & coro-
nam super capita sua ex myrtho, & palma.* Ex quo
licet cognoscere, veterem consuetudinem
adhuc in Æthiopia perseverare: quam etiam
à græcis omnibus retineri, si nullum aliud ar-
gumentum superpetat, Hieremiæ Constantino-
politano resp. 2. cap. 4. facile assentiar. In ali-
quot etiam Italiae regionibus eius vestigium
remanet, siquidem Ioannes Baptista Rubens,

Coronæ
baptizatis
dandæ con-
suetudinē
Æthiopes,
& Græci
retinent.

baptizato-
rum coro-
na salutem
& gloriam
indicabat.
Benedictio
coronæ
baptizato-
rum.

Placentiæ vestem quandam rotundam instar
coronæ baptizatis dari, author est lib. 1. de di-
uin. Offic. cap. 17. de bapt. sacrament. Sed,
quoniam Ordinis baptismi secundum vsum
Æthiopum mentio paulo superius incidit, nō
abs re fore existimaui; si, quæ ex illo ad præ-
sentem quæstionem collegi, huc adduxero.
docet siquidem ille, baptizatorum corona sa-
lutem, quam adepti sunt, & beatorum gloriā,
qua potiuntur, indicari: reliquasque rationes,
quas attulimus, suo testimonio confirmat: ad-
dens præterea, ipsi coronæ sacerdotem solen-
nibus precibus benedictionem impartiri con-
sueuisse: quod, quia ab alijs scriptoribus pro-

ditum non est, ad communem, veterēq; consuetudinem referre dubito. lectores igitur considerent, utram sententiam sequantur, & negantibus. quidem, ex superioribus. satis argumenti est: si qui vero affirmarint, suam opinionem confirmare poterunt rationibus, quæ vel ex aliorum rituum, salis, vestis albæ, cerei, lactis, & mellis similitudine colliguntur: vel ex baptismi dignitate peti solent. cum illorum omnium, ac coronæ consecrandæ æqua ratio videatur: ac in baptismi sacramēto aliquid profanum adhibitum esse, rei, quæ agebatur, mysterio minimè congruum fuerit. Ut vero de coronæ ferendæ tēpore aliquid dicatur, animaduertere oportebit, nullū veterum scriptorū, qui coronam baptizatis datam literis prodiderunt, illius post baptismum depositæ meminisse; ut ex eo conicias, ipsam, vestis albæ, cerei, & velaminis instar, septem diebus delatam esse. Aliæ tamen coniecturæ eiusdem rei mihi suppetunt: quarum prima est, quod à S. Gregorio Naz. orat. 40. in sanct. baptis. dum huius rei meminit, dictum est: *corona deliciarum te protegat*. *protegere* enim significat, aliquandiu defendere; defensio autem caput ornādo cernebatur: igitur caput per aliquod tēpore ambiebat. id vero nullum aliud commodius assignari potest, quam quo vestis candida, velamen, & cereus ferebantur. Altera coniectura ex Seuero Alexandrino elicitur, qui lib. de baptism. coronam vesti candidæ comparat, & de baptizatorum moribus sollicitus, ait, *peroptate eam*, id est, studete, donec coronam fer-

Corona ferebatur septem diebus.

Corona v
n imp. sita
ab altero
adhiberi
non pote-
rat.

tis, talia virtutum officia præstare, vt vestra
omnis viuendi ratio illius significationi respo-
deat. superuacanea vero, & inanis Seueri ad-
hortatio videretur, si statim post baptismum
corona deposita fuisset. Igitur coronam, sep-
tem diebus delatam, baptizati octauo depo-
nebant: quæ, licet ab ipsis domum minime
ferretur, vt rei sacræ religio constaret, tamen
vni imposta, ab altero adhiberi non poterat,
& ex floribus, qui cito arescunt, conflata esset.

De lacte, & melle, quibus baptizari vesebantur.

C A P. XLI.

I ac, & mel
dabatur
baptizatis.

Verum haud minori dignum admiratio-
ne est, quod legimus, iisdem baptizatis
lac, & mel ab ipso statim nascentis Euangelij
principio dari consueuisse. S. enim Petrus Ep.
1. ad vniuersos Christianos cap. 2. cum eos re-
ligiosis præceptis institueret, quibus vitæ cur-
riculum piæ, innocenterque decurrerent, in-
quit: *deponentes igitur omnem malitiam, & om-
nem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes
detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile,
sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem.*
Nempe illis verbis innuisse videtur, eos in
omni vita tales se præstare debere, quales in
baptismo, cum lac bibendum est datum, sin-
gulari Dei beneficio fuerunt. Cui expositioni
fauet cum ipsa nominis, *infantis*, acceptio, quæ
pro baptizatis vsurpari, multo ante docuimus,

tum S. Hieronymus, egregius sacrarum scripturarum interpres, & doctor, qui Eplanat. in cap. 15. Esa. eum locum pro hac consuetudine exponit his verbis: *qui mos, ac typus in Occidentis Ecclesis hodie vsque seruetur, ut renatus in Christo vinum, lacque tribuatur; de quo lacte dicebat & Paulus: lac vobis porum dedi, non solidum cibum, & Petrus, quasi modo nati paruuli rationale lac desiderate.* Vbi præterea S. Pauli auctoritatem addidit, quam de baptizatis exponendam esse, ut ipsius testimonio superfedeam, S. Clemens Alexandrinus testatur lib. 1. Pædag. cap. 6. eum locum acutissimè versans, cum ait: *si enim in Christo sumus regenerati, qui nos regenerauit, proprio lacte nutrit Sed multis aliis locis idem S. Clemens eandem consuetudinem docet: ut cum ibidem de illius causa, & egregia significatione disserens, lacte ergo, inquit, Dominico scilicet nutrimento, statim quidem postquam edui sumus, alimur: simul ac autem regenerati sumus, honore sumus affecti, dum spes quietis annunciat, superna Hierusalem, in qua & lac, & mel pluuere scriptum est, dum per materiale sanctum nobis alimentum descenditur. Et paulo post: quin etiam lac quoque habet maxime naturalem cum aqua cognationem, quomodo scilicet cum nutrimento spiritali lauacrum spiritale. Et quam habet verbum cum baptismo societatem, eandem habet lac cum aqua conuentionem: hoc enim solum ex humidis suscipit cum aqua purgationem, quemadmodum baptismus propter remissionem peccatorum. Aprè enim, & appositè melle miscetur, idque rursus propter purgationem, cum dulci nutrimento Verbum enim benignitate commixtum,*

simul & animi medetur affectionibus, & expurgat peccata. Cuius in verbis si quid explicacionis sententia desideres, Origenem eius discipulum explanatorem adhibe, qui oratione admodum manifesta exponat, quod a magistro nocturna versato manu, versato diurna dicebatur obscurius: oportet (inquit ille Homil. 6. in Ezech.) eum, qui renascitur, utique in Christo renascentem rationale, & sincerum lac desiderare, & priusquam rationale, & sine dolo lac desideret, debet sale saliri, & pannorum inuolucris celligari, ne dicatur ad eum sale non es salitus, & pannus non es inuolutus, &c. nullus enim, qui ratiocinandi facultate præditus sit, inficiabitur, Origenem eo loco ad baptismi ceremonias alludere, cum renascenti vox pro baptizari posita fuerit: & sal, cuius paulo post meminit, inter catechismi ceremonias numerari, planè constet, quamuis vero mellis mentionem non faciat, illud tamen à baptismi ceremoniis eximere non oportet: cum ipsius Origenis consilium fuerit, lactis nomine etiam mel exprimere: vel quia simul vtrumque miscebatur; ut alterum sine altero dari non posset: præsertim cum de ritu apud omnes conspicuo sermo esset: vel quod maior fortasse lactis, quam mellis erat copia, ut ampliori materia totam rei denominationem tribuerit. Sed, quoniam hoc curiosis, & sacrorum rituum intemperanter amantibus omnem dubitandi locum demere non videtur, ex Tertulliano eidem Clementi suppari aliquid certius pro huius moris confirmatione adducam. Is enim lib. de coron. milit. ca. 3. de bapt.

ceremoniis differens, inquit: diinde ter mergi-
tamur, inde suscepti, lactis, & mellis societatem pre-
gustamus. Et lib. 1. aduers. Marcion. cap. 14. ve-
hementer eum reprehendit, quod ritibus, ac
ceremoniis cum catholica Ecclesia conue-
niens, ab eadem fide, ac religione dissentiret,
sed ille quidem (eius verba sunt) vsque nec aqua
rebrouit creatoris, qua suos abluir, nec oleum, quo
uos ungit, nec mellis, & lactis societatem, qua suos
insantat, nec panem, quo ipsum corpus suum repre-
sentat. Vbi baptismi ceremonias significari, ex
aqua, oleo, & pane, quorum meminit, omnes
colligere possunt; cum aqua baptismi materia
fuerit: oleo catechumeni ungerentur: & san-
ctissimum Christi corpus, ac sanguis admira-
bili panis integumeto baptizatis dari soleret.
Propterea merito, & sacris ritibus congruen-
ter Caius Pontifex, cum Claudium, S. Susan-
nae Virginis patruum, vna cum vxore, & filiis
a Satanae seruitute ad Christi fidem, obsequi-
umq; dato baptismate, traduxisset, lac, & mel
illis praebendum, pie, ac religiosè consecrauit.
Quemadmodum in vita ipsius Virginis, a No-
tariis Romanae Ecclesiae conscripta, legimus his
verbis: Eadem hora B. Caius Episcopus linuit eum
chrismate baptizauitque eius uxorem Prapedignam
& filios, Alexandrum, & Cuthiam: quos Gabinius
presbyter a baptismate suscepit. Obtulit vero pro illis
sacrificium in eadem domo, & consecrauit corpus,
& sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & lac,
& mel, & fontem, participauitque cum omnibus
mysterium Dei. Patres vero Concilij Cartha-
ginensis III. quibus propositum erat, Ecclesiae

ritus, & cōsuetudines præcipuè fulcire, ac stabilire, mellis, & lactis, quod pro baptismo initiandis certo die offerebatur, singularem benedictionem statuerunt cap. 24. *Ubi sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur. quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis, & Vinum, aqua mixtum: primitia vero, seu lac, & mel, quod uno die solennissimo pro infantum mysterio solet offerri, quamuis in altari offeratur, suam tamen habet propriam benedictionem, ut à sacramento corporis, & sanguinis distinguatur.* Quin & S. Hieronymus lib. aduers. Lucif. cum nostros ritus ab hæreticorum calumniis vindicare, omni studio conaretur, apertè sui iudicij calculum adiecit, sic scribens: *multa alia, que per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare: deinde egressos lactis, & mellis prægustare concordiam, ad infantie significationem.* Adde Seueri Alexandrini testimonium lib. de bapt. ad calcem, qui licet obscure, idem tamen haud dubiè testatus fuit, sic inquit: *fructus, quem non gustauit Adam in paradyso, hodie in oribus vestris positus est. ite in pace filij baptisui, nam nomine fructus lac, & mel, non Christi corpus, & sanguinem accipi oportere, omnes, qui Eucharistiam in manum sumentis, non in os dari consueuisse sciunt, mihi asseueranti facile crediderint. quod si ne hæc quidem Patrum testimonia satisfaciunt, Authorem Ordinis Romani consule, ex quo præsentem ritum clarè deducere poteris tit. de sabb. S. Palschæ, cum scribit: benedictio lactis, & mellis, Benedictio*

Eucharistia datur in manum sumentis.

medic Domine has creaturas lactis, & mellis, & pota
 famulos tuos fonte perenni, qui est spiritus veritatis,
 & enutri eos de hoc lacte, & melle. Tu enim Domi-
 ne promissisti patribus nostris, Abrahæ, Isaac, & Ia-
 cob, dicens: Introducam vos in terram repromissionis,
 terram fluentem lacte, & melle. coniunge Domine
 famulos tuos spiritu charitatis, & paci, sicut coniun-
 ctum est hoc lac, & mel, in Christo Iesu Domino no-
 stro, qui tecum vivit & regnat. Aponius etiam nõ
 ignobilis scriptor ad hanc cõsuetudinem spe-
 ctasse videtur lib. 1. in Cantic. cum ait: quem
 cibum Ecclesia in baptismatis suscipit sacramento,
 liquorem scilicet baptismatis candidissimum, sua-
 nemque succum corporis Christi, & pinguisimum
 butyrum. probabile est enim, butyrum pro lacte
 positum esse. nempe rem effectam pro eo, ex
 quo efficitur: cum alioqui nullus butyri vsus
 in baptismo extiterit. Atq; hæc veterum scrip-
 torum testimonia si diligenter animo repu-
 tentur, neminem latere poterit, lactis, & mel-
 lis consuetudinem tam Græcis, quam Latinis
 communem fuisse: quoniam ea ex utriusque
 gentis officina prodierunt. Nec vero quic-
 quam aliud afferri potest, cur hæc cæremonia
 Græcis in vsu non fuisse videatur, nisi quod
 S. Hieronymus in cap. 55. Esa. lactis ritum ab
 Occidentis Ecclesiis servari docuit, ex quo
 iniqui rerum æstimatores colligent, Orienta-
 lem Ecclesiam ipsum non recepisse. quod
 quam inane sit argumentum, lectores iam in-
 telligent. Ac primum S. Hieronymus in hoc
 loco defendendus est, quod non lac, & mel,
 sed vinum, & lac, quæ diuersa cæremonia

erat, in Occidentali Ecclesia baptizatis dari dixerit: sicut autoritatis verba declarant, deinde ex eo, quod tradidit, lactis caeremoniam apud Latinos in usu fuisse, non sequitur, Græcos ipsam respuisse, sicut, si dicamus, Mediolani morem esse, vt in Missa cœlestis hostia populo veneranda extollatur, non bene quis inferet, eandem consuetudinem Romæ, Venetiis, aut Neapoli non seruari: eoque magis, cum S. Hieronymi ætate Græci nondum ab Ecclesia Romana diuertissent, tum etiam fieri potuit, vt S. Hieronymus, lactis, & mellis caeremoniam apud Græcos in more positam esse, nesciuerit: quod ipsius sapientiæ, atque doctrinæ non repugnat: cum nemo, licet literis, & artibus bene cultus, omnium gentium, & nationum mores teneat: & ipse potius eruen- dis latentibus sacræ scripturæ sententiis, & reconditiis diuinæ philosophiæ questionibus explicandis, quam variis terrarum consuetudinibus indagandis operam dederit.

Cur lac, & mel baptizatis darentur.

C A P. XLII.

Causæ dā-
di lac, &
mel bap-
tizatis.

^a Bed. cōm.
in Psal. 80.
^b Adrian.
Tur. l. b. 8.
Aduers. c. 8.

Verum quid causæ fuit, quare veteres pie-
tatis cultores hanc consuetudinem in
Ecclesia instituerunt? An, quia lac ^a Euangeli-
cam legem, ^b mel vero voluptatem indica-
bat: propterea demonstrare voluerunt, bap-
tizatos veram diuini numinis cognitionem, &

inexplebiles vitæ spiritualis delicias nactos
 fuisse? An, quia mortis ^c mel, vitæ autem ^d lac
 symbola erant; idcirco baptizatos à morte
 peccati ad vitam innocentem resurrexisse, no-
 bis indicarunt? An, quia ante baptismum fla-
 gitiosæ, & facinosæ vitæ sordibus, ac tene-
 bris duce tenebrarum diabolo delectabamur;
 ideo baptizatis lac, & mel datum est, vt argu-
 mentum esset: nos per baptismum terram illâ
 promissionis ingressos esse, quam lacte, &
 melle manantem, præ sui excellentia, diuina
 scriptura nominare consuevit? Equidem non
 eo inficiat, verisimilitudine niti has senten-
 tias. Sed tanti apud me veterum Patrum au-
 thoritas est; vt, quod illos voluisse intelligam,
 id maioris à me ponderis habeatur. Existimo
 igitur, spiritalem infantiam, & prima Chri-
 stianæ legis rudimenta nobis indicata fuisse,
 vt nimirum baptizati suam infantiam, & in-
 firmitatem animo reputantes, ad Christianæ
 fidei firmitatem, & robur citatissimo cursu
 contenderent. Quod ex S. Clemente Alexan-
 drino liquet lib. 1. Pædag. cap. 6. cum expo-
 nens illud Pauli 1. Corinth. 3. *lac vobis potum*
dedi, inquit: fidei in Christum principium est, quæ
per lac designatur, infantia: ea autem tanquam pue-
rilis & imperfecta vilipenditur. Nec aliud signat
 Tertulliani verba loco citato, *mellis, & lactis*
societatem, qua suos infantat, & S. Hieronymi, la-
ctis, & mellis præ gustare concordiam ad infantia s-
gnificationem: cum utraque ad baptismum per-
tinere, supra docuerimus. Quam vero con-
gruenter ex lacte, & melle infantia significari,

Iii ij

Lac & mel
 baptizatis
 datum si-
 gnificabat
 spiritalem
 infantiam.

Infantes la-
cte, & mel-
le alebatur.

Patres instituerint, nemo dubitat, cum pueros
infantes lacte, & melle nutriendi olim con-
suetudo diu vigerit: de qua loquens Tertul-
lianus lib. 2. aduers. Marc. inquit: *exinde post si-
gnum alibi ordo iam infantis edicitur mel, & buty-
rum manducaturi.* Et S. Ioannes Chrysostomus
Homil. quod Christus sit Deus: deinde ostendit,
quod non apparenter, sed vere homo sit, adiecit enim,
dicens: *butyrum, & mel comedet.* mos enim est, ut
his cibis peculiariter pascantur pueri, mox ut nati
fuerint. Item S. Bernardus serm. 2. de Aduen-
Domini: denique butyrum, inquit, & mel come-
det, ac si dicat: *parvulus erit, & vescetur infantilibus
alimenti.* quorum primus butyri nomine lac
expressit; ceteri vero vtriusque, lactis, & mel-
lis aperte meminerunt, ut iis explicandis quic-
quam addere, superuacaneum sit. Potest etiã
ad Dei optimi misericordiam, & nostrarum
sordium expiationem eius consuetudinis ra-
tio referri. Cuius authorem habeo S. Clemen-
tem Alexandrinum lib. 1. Pædag. cap. 6. vbi la-
ctis, & mellis, baptizatis dari soliti, rationem
subdens, ita edisserit: *sed & multi adipe lactis,
quod butyrum vocant, vtuntur, multiplicem Dei
misericordiam per hoc anigma aperte significantes, ut
quod solum iure nutriat, & augeat, & infantes il-
luminet.* Propterea enim scriptura quoque dicit de
Domino: *cibauerunt eos germina agrorum.* suxerunt
mel de petra, & oleum ex petra solida: butyrum
bouum, ac lac ouium. cum adipe agnorum, & que se-
quuntur, dedit eis. Et rursus ibidem: *quam habet
verbum cum baptismo societatem, eandem habet lac
cum aqua conuentionem: hoc enim solum ex humidi*

Lac, & mel
dabantur in
baptizato-
ad signifi-
candã Dei
misericor-
diam, &
peccatorũ
remissio-
nem.

suscipit cum aqua purgationem, quemadmodum baptisimus propter remissionem peccatorum. Apte enim, & apposite melle miscetur, idque rursus propter purgationem, cum dulci alimento. Verbu enim benignitate commixtum, simul & animi medetur affectionibus, & expurgat peccata. Quem locum de abrogatione peccati, quam lac, & mel significant, Gentianus Heruetus exponit. quod si aliam rationem quis a nobis desideret, facile erit, ex eodem S. Clemente Alexandrino subiicere, qui non minus iustitiæ donum, & gratiam, quæ in nos per baptismum infunditur, quam beatam cœlestium vitam, reru omnium copias circumfluentem, cuius pignus in illo datur, nobis significari, eodem loco demonstrat: cum inquit: lacte ergo, Dominico scilicet nutrimento, statim quidem postquam editi sumus, alimur: simul ac autem regenerati sumus, honore sumus affecti, dum spes quietis annuntatur, superna Hierusalem, in qua & lac, & mel plueri scriptum est, dum per materiale sanctum nobis alimentum despondetur. Et mox infra: in quiete quoque id ipsum lac, & mel promittitur. Iure enim rursus iustus lac Dominus pollicetur, ut aperte verbum esse utrunque ostendatur, Alpha, & ω, principium, & finem. Tale quid Homerus vel inuitus diuinat, iustos homines γαλακτοφάγους, hoc est, qui lacte vescuntur, appellans.

Lac, & mel
baptizato-
rum signi-
ficabat
gratiam, &
cœlestem
beatitudi-
nem.

Lactis, & mellis baptizatis dandi figura; ea sacerdotis precibus consecrata, simul mixta, ab Ecclesie rectoribus comparata, & potus in morem a baptizatis hausta fuisse: ubi praeerea eiusdem consuetudinis exitus, ac vestigium declarantur.

CAP. XLIII.

EX his vero omnibus sex colligo, ad praesens institutum spectantia. Primum est, lac, & mel variis figuris, & oraculis significata fuisse: cum Abrahamae, Isaac, & Iacob aeternae mentis numen sapius promisit, se in terram promissionis, lacte, & melle fluentem, eos introducturum: de quo manifestè Ordo Romanus illis verbis: *tu enim Domine promisti patribus nostris, Abrahamae, Isaac, & Iacob dicens: introducam vos in terram promissionis, terram fluentem lacte, & melle.* Secundum, certis precibus ex Ecclesiae ritu consecrari solita esse: quod verba Actor. S. Susannae Virginis, *consecrauit corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & lac, & mel, & fontem,* Concilij Carthaginensis III. primitiae vero, seu lac, & mel, quod uno die solennissimo pro infantum mysterio solet offerri, quamvis in altari offeratur, suam tamen habet propriam benedictionem, ut à sacramento corporis, & sanguinis distinguatur, & Ordinis Romani, *benedictio lactis, & mellis, benedic Domine has creaturas lactis, & mellis, facile declarant.* Tertium, simul mixta in unum quasi cibum coaluisse: ut ex verbis

Lactis, & mellis baptizatorum figura lac, & mel erant consecrata.

Lac, & mel erant simul mixta.

S. Clementis Alexandrini, melle miscetur, Tertulliani, societate, duobus in locis, S. Hieronymi, concordiam, & Ordinis Romani, coniunctum, omnibus perspicuum est. cuius quidem causam idem Ordo Romanus hanc assignat, ut, quemadmodum lac, & mel coniuncta erant, ita baptizati mutuo pacis, charitatisque vinculo copularentur. quartum non à singulis baptizandis ad Ecclesiam delata, quibus postea vescerentur, sed ex Ecclesiæ oblationibus, quas fideles anniuersaria sabbati sanctioris feria peragebant, desumpta fuisse, cautum est enim in Concilio Carthaginensi III. *ut in sacramentis corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis, & vinum, aqua mixtum: primitiæ vero, seu lac, & mel, quod uno die solennissimo pro infantum baptismo solet offerri, quamuis in altari offeratur, suam tamen habet propriam benedictionem.* Vbi animaduertenda sunt verba, uno solennissimo die, quibus certum diem offerendo lacti, & melli præfinitum fuisse, cognoscimus: quem nos sabbatum sacrum propterea diximus, quod hic baptismi causa, qui tunc celebrabatur, lac, & mel oblata esse dicantur, & Ordo Romanus eorum meminerit tit. de sabb. S. Quintum, potus in morem à baptizatis hausta fuisse. cuius argumentum præbent illa eiusdem Ordinis Romani verba: *benedic Domine has creaturas lactis, & mellis, & pota famulos tuos fonte perenni, qui est spiritus veritatis, & enutri illos de hoc lacte, & melle.* Sextum vero, eam consuetudinem vsque ad Ordinis Romani tempora

Lac & mel
dabantur
ex Ecclesiæ
oblationibus.

Lactis &
mellis consuetudo
quandiu
durauerit.

Lac, & mel
baptizatis
dare Æthi
opibus in
vfu.

Vestigium
dandi lac,
& mel bap
tizatis du
rat in Eccl
Ambrosia
na.

Cur in Of
ficio, & mis
sio octauæ,
Paschatis,
lactis &
mellis mē
tio fiat.

De lacte, & vino, quæ baptizatis dabantur: vinum
fuisse dulce, & quamobrem, item cur cum lacte
miseretur: & quando ea consuetudo
cessauerit, ac ubi eius vesti
gium ducet.

durauisse, qui fuit annus patefacti hominibus
cœli DCCXXV. Atque hæc licet à Christianis
Æthiopibus adhuc obseruetur, teste Ordine
baptismi secundum vsu eorum in tomo sex
to bibliothecæ Patrum inserto: nihilominus
apud reliquos Christianos, tanquam minus
necessaria, iam diu exoleuit nisi quod eiusdem
vestigium adhuc perseverat: cum Paschalibus
diebus, quo tempore olim baptismus adhibe
ri solebat, lactis, & mellis cum in statua di
uinae precationis formula, tum in Missæ sacri
ficio ter, ac sæpius meminimus.

De lacte, & vino, quæ baptizatis dabantur: vinum
fuisse dulce, & quamobrem, item cur cum lacte
miseretur: & quando ea consuetudo
cessauerit, ac ubi eius vesti
gium ducet.

CAP. XLIV.

Lac, & vinū
dabantur
baptizatis.

De lacte, & vino, quæ baptizatis dabantur: vinum
fuisse dulce, & quamobrem, item cur cum lacte
miseretur: & quando ea consuetudo
cessauerit, ac ubi eius vesti
gium ducet.

Simile omnino erat, cum ministri iisdem
baptizatis lac, & vinum, ex veteri Ecclesiæ
instituto præbebant. Quæ licet cum lacte, &
melle confundenda aliquibus videri possint,
tamen distincta cetera, & tempore data
fuisse, vt credam, inter cetera illud argumento
est, quod sanctus Clemens Alexandrinus, &
S. Hieronymus qui lactis, & mellis consuetu
dinem supra docuere, etiam vini, & lactis, tan
quam alterius cetera, altero loco, & ver
bis meminerunt. quorum ille lib. 1. Pedag.

cap. 6. porro autem, inquit, miscetur quoque lac
vino dulci: hic vero Explanat. in cap. 55. Isa,
qui mos, actypus in Occidentis, Ecclesius hodie us-
que seruatur, vt renatis in Christo vinum, lacque
tribuat. Animaduertenda vero diligenter
Clementis verba sunt, vt intelligamus, vinū
illud non cuiusuis notæ. ac generis, sed dulce,
gustuique gratissimum fuisse. quod quia mul-
tis modis contingere poterat, (nam vinum
dulce dicitur, cuiusque inest aliqua dulce-
do, cuius sunt multa genera, tam natiui, quā
factitij, & dulce etiam dicitur vnum solum
vini genus, quod vuis sole in area siccatis ex-
primitur, vulgo passum dicimus) rectè Gen-
tianus Heruetus adnotauit, vinum illud se-
cundi generis fuisse, ductus hoc argumento,
quod in græco textu non γλυκῆ οἴνω, sed
ἰστωτῶ γλυκῆ legitur, quasi subiectus hic ar-
ticulus emphasin quandam habeat ad passum
à cæteris vinis dulcibus distinguendum, quod
propter eximium eius saporem dulce appella-
tur. Quæ si verà sunt, non dubito, quin etiã
consuetudinis ratio melius explicata fuerit:
quoniam cælestium rerum suauitas, in castis-
simo baptizati pectore diuinitus inclusa, passi-
m iucunditati, quam cæterorum dulcium, simi-
lior fuisse videtur. Quamquam, si de causa v-
niuersali, cur vinum lacti admisceretur, ha-
bendus est sermo, longè aliter cum S. Cle-
mente Alexandrino sentire oportet, nimirū
illo baptizatos admonitos esse, vt inferiores
animi vires à superioribus diuiderent, quod
vino facultas insit, lac scindendi, & quic-

Vinum ba-
ptizatis da-
rum erat
dulce, &
cuius gene-
ris.

Vinū dulce
baptizatis
datum si-
gnificabat
suauitatem
fidei Chri-
stianæ.

Vinum baptizatis datum cur misceretur cum lacte

quid eius adulterinum est, tanquam per aquam ductum educendi. De qua re ipsum S. Clementem audiamus: porro autem (inquit lib. 1. Pædag. cap. 6. miscetur quoque lac vino dulci, est autem utilis mixtio, velum temperata affectione ad in corruptionem, lac enim a vino feresit, & funditur, & quidquid eius est adulterinum, id tanquam per aquam ductum edicitur. Eodem autem modo se habet spiritualis fidei societas in hominem patibilem, ferescere enim faciens carnales concupiscentias, hominem ad aternitatem contrahit, diuinis immortalis efficiens. Est illa præterea causa, cur lac baptizatis daretur, ut eorum integritatem, & vitæ innocentiam significarent, quod S. Hieronymo perspicue traditum est, qui exponens illud Esaiæ, venite, & mite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac, pronocat nos Esaias, inquit, non solum, ut vinum emanus, sed & lac, quod significat innocentiam paruulorum, qui mos, & typus in Occidentis Ecclesiis hodie vsque seruetur, ut renatis in Christo vinum, lacque tribuatur. Sed hæc quoque consuetudo, quemadmodum lactis, & mellis iam pridem in omnibus Ecclesijs antiquata est, nisi Dordracensem excipere velis, in qua suis temporibus adhuc perseuerasse, Gulielmus Lindanus lib. 4. Panop. Euangel. cap. 25. testatur.

Lac baptizatis datum eorum innocentiam significabat.

Consuetudo dandi lac, & vinum antiquata eius vestigium durat in Ecclesia Dordracensi

Post baptismum concionem haberi solitam, & pacem baptizatis imperitam.

CAP. XLV.

Superest de concionibus scribere, quarum plena est, non ero multus in congerendis scriptorum autoritatibus, quæ eam rem clarissimè testentur. Tantum Seueri Alexandrini testimonium citabo, quod instar omnium erudito lectori esse poterit. Ille enim, persona sacerdotis baptizantis effecta, ipsosmet baptizatos grauitè monet, vt integros mores, & cõscientiæ nitorem in omni re præ se ferant. Cuius hæc sunt verba lib. de bapt. *Et dicunt collectam hanc, fratres mei psallite hymnum filio dominatoris omnium, qui regum corona vos coronauit, peroptate eam, immutate vestimenta vestra, & cãdidi estote in modum niuis, ac in similitudine Angelorum splendores vestros illuminate. Ite in pace filij baptismi. Diaconus, ite in pace.* quæ cum optimè noscet Mediolanensium Antistes Carolus, quem confecto vitæ curriculo in concilio cœlestium collocatum ad diuorum religionem, sanctimoniamque virtus consecrauit, non raro suos Parochos hortabatur, vt absoluto baptismo, eius sacramenti mysterium, & dignitatem præsentibus explicarent, atque eam vitæ institutionẽ in eorum

Postbaptis-
mum con-
cio habe-
batur.

Baptizati,
pace habita
à Ministro
& Diacono
dimittebā-
tur.

animis inferere conarentur, quæ sanctissima Christiani nominis professione responderet. De quo in Act. Eccles. Mediol. pluribus locis scriptum reperies. Verum ad Seueti Alexandrini verba reuertentes, aliam consuetudinem ex illis manifestè colligimus, vt, qui baptizati erant, post reliquas baptismi ceremonias, pace semel à ministro, & iterum à Diacono suscepta, dimitterentur. Cuiusmodi exempla, & testimonia quam plurima in veterum historijs, ac monumentis habemus, Nam Socrates lib. 7. hist. Eccles. cap. 30. refert, Burgundiones, gentem barbaram, & incultis moribus; prauisque institutis nutrita, cum, propter Hunnorum crebram in eorum fines incurfionem, qua, relictis domibus, in proximos lucos, & nota latibula fædo cursu se conijcere cogebantur, sub certa spe victoriæ, in Christi verba iurauissent, ab Episcopo Galliæ salutari baptisate donatos, postmodum habita pace, discessisse. Sic enim ait ad ciuitatem quamdam Galliæ profecti, postulant ab Episcopo, vt Christianorum baptisate donentur, is, cum illis septem dies, præscripisset ad ieiunandum, eosque in fide erudiisset, octauo die laucro baptismatis rinxit, & cum pace dimisit. Idè fecisse SS. Eustathium, Theopisten, & duos filios, Agapium, & Theopistum, cum suaue Christi iugum graui, & acerba dæmonū excussa tyrannide subiuerunt, ex Simeone Metaphraсте intelligimus, in vita eorum sic scribente, deinde seorsum congressi cum sacerdote, dicunt ei mysteria, quibus & interdium, & in somni

per visionem initiati fuerant, propter qua sacerdos valde est laetus, & statim cum eos de more catechizasset, in nomine Patris, & filij. & spiritus sancti eos initiat. Et Placidū quidem ducem exercitus, mutato nomine, vocat Eustathium: uxorem vero Traianam, Theopisten, non sustinens in vita mutatione non etiam nomina transmutate. Similiter autem filios quoque primogenitum quidem Agapium, Theopistum autem, secundum. Præterea eos imperit sanctificari, corpore, inquam, & sanguine Domini, deinde bona quoque eis precatus, eos laetos dimittit, abite dicens, vos Christi vera pace præunte. In S. autem Gregorii sacramentario cum multa ad baptismi ceremonias pertinentiavideret est tum nihil magis explicatum habemus, quam morem dandæ pacis, ubi inquit, *quo finito, dicit: Pax vobiscum.* Ex quibus Scriptorum testimoniis duo colligi possunt, huic quæstioni absoluendæ magnopere necessaria. Alterum est, pacem non modo gestu, sed etiam verbis impartiri solitam esse, quod dixerit Severus Alexandrinus: *ite in pace filij baptismi.* Diaconus *ite in pace:* Simeon Metaphrastes, *abite, dicens vos Christi vera pace præunte,* & S. Gregorius Pontifex; *dicit Pax vobiscum.* Alterum vero, hanc pacis indictionem è Baptismi ceremonijs postremam fuisse, quod & satis indicatur Seneri Alexandrini, Simeonis Metaphrastis, & Sancti Gregorij verbis mox allatis, itemque Socratis testimonio, *cum pace dimisit,* & ideo libenter à me significatum est: ne eiusdem rei sæpius repetita æccuset, cum de pace duobus alijs capitibus hoc eodem libro

tractauerim, pax enim, de qua alibi scriptum est, ante aliquot Baptismi cæremonias impartiebatur: hæc autem post omnes, quod argumento est, eiusdem pacis diuersas utique cæremonias fuisse. Atque hæc de baptismitibus dicta sufficiant.

Baptizatos multa pauperibus donasse.

C A P. XLVI.

*Baptizati
stipem cõ-
ferebant in-
egentes.*

SVnt & alia ad baptismitibus cæremonias minime pertinentia, verumtamen ab ipsis baptizatis religiose seruari solita: quorum tractationem hoc loco subnectam, ut copiosior rei cognitio posteritati afferatur. Primo loco subit ingens christianæ charitatis argumentum, quo noui Christi milites non modo sordidis caputibus, ostiatim victum quaritantibus, benigne satis pro facultate auxiliabantur: verum etiam honestiores pauperum quos à petèda propalam stipe retardabat pudor, occultis opibus iuuabant. Quo spectat illa apud omnes gentes celebrata, liberalitas, qua venditis agris, & possessionibus, earum pretia Apostolorum pedes iaciebant. De qua re in Actis eorum legimus cap. 4. *quor-
quot enim possessores agrorum, aut domorum erant,
vendentis afferebant pretia eorum, qua vendebat,
& ponebant ante pedes Apostolorum. Rursus ibi-
dem, cum haberet agrum, vendidit eum, & at-
tulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.*

Etc. s. vir autem quidem nomine Ananias, cum Saphira uxore sua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia uxore sua, & afferens partem, ad pedes Apostolorum posuit. Simile quoque apud Prochorum me legisse memini in vita S. Ioan. Apost. vbi generosi spiritus, animique vir, nomine Myron, in priorum ceterum ope diuina ductus, ingentem pecuniarum vim Apostolo numerauit: quam ille pauperibus pro cuiusque indigentia impertiret, baptizauit, inquit, eos in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, & protulit Myron thesaurum suum ad pedes Apostoli Ioannis, & dixit, suscipe domine mi pecuniam hanc, & diuide pauperibus. Nec contemnenda hoc loco Hebraei medici pietas, de qua merito est in vita S. Basilij, qui cum eum, graui, diutinaque febris tabe consumptum, frustra tentatis omnibus medicamentis, in summa desperatione curaret, ac exorta inter ipsos de morte, vel salute controuersa, promississet, si Basilius ab eo morbo euaderet, se Christi fidem amplecturum, statim ac preter spem, & opinionem illi redditam sanitatem intellexit, non solum, vt promiserat, fidenti animo Christiana sacra suscepit, verum etiam, quo fidem suam omnibus testatam redderet, pecuniam omnem ex arte medica collectam, aureorum sane multa millia, pauperibus distribuit, quemadmodum Amphilocheus tradit his verbis, Hebraeus autem ille insequentibus diebus per domos hospitales distribuere pecuniam, ex arte medica conflatam, & quod supererat, pauperibus elargiebatur. Sed multo illustrius Clodouei Fracorum regis, & primatum eius regni exemplum fuisse exi-

ftimo; quos, vbi primum Deo propitio Chri-
ftianæ religionis fundamenta iacuerunt, plu-
rimas possessiones S. Remigio in Ecclesiæ v-
fum concessisse, Hincmarus Rhemenfis Ar-
chiepiscopus testatur de vit. S. Remig. cum
inquit, *baptizatur autem rex cum gente integra
plurimas possessiones per diuersas provincias sancto
Remigio tam ipse, quam Franci potentes dederunt:
quas ipse per diuersas Ecclesias tradidit, ne Franci
eum rerum temporalium cupidum esse, & ob id ad
Christianitatem eos vocasse putarent, & fidē Chri-
sti, ac sanctum sacerdotium vilipenderent.* Possunt
& Constantini, & Theodosij, aliorumque
exempla referri, quos post baptismum, pluri-
mam stipem in Ecclesiam, vel egenos con-
tulisse, veterum historiæ declarant. Sed ea in
præsenti omittere est animus, tum quia pas-
sim è scriptorum fontibus hauriri poterunt,
tum etiam quod ad alia dudum calamus, &
oratio festinat.

*De conuiuio, quod baptizatus ministro, & susce-
ptori, siue alij exhibebat, eiusque causis
& quando, cur uè illa consuetudo
deserit.*

CAP. XLVII.

Baptizati
excipiebāt
conuiuio
ministrum,
& suscepto-
rem.

Dicendum est enim de conuiuio, quod
baptizatus ministro, & susceptori exhibe-
re solebat. Qui mos adeo apud plerasque
nationes inualuerat, vt multi etiam inopiz
causa

causa à baptismo reuocarentur. Quos graui-
ter arguens S. Gregorius Nazianzenus orat.
40. in sanc. bapt. illam sententiam eis persua-
dere non desinit. fore, vt nihil de gratia im-
minuatur, si vtrosque vel tenui, vel nullo cō-
uiuio exceperint. Ita enim scribit: turpe est di-
cere, vbi est munus, quod propter baptismum offe-
ram? vbi splendida vestis, in qua explendescam?
vbi ea, quæ ad initiatores meos excipiendos requi-
runtur? vt in his quoque rebus nominis celebratē
consequar? valde enim, vti vides, hæc necessaria
sunt: ac propterea gratia immiuetur, ne in magnis
rebus minuta, & leuicula in rationē mittas: ne tur-
pi aliquo, & abiecto affectu te duci patiaris. Quo
loco verbum, *initiatores*, ad ministrum, &
susceptorem referrī, nemo non videt, cum
illi præcipuè ad initiandi mysteria operam,
atque auxilium præstarent. Maioris tamen
perspicuitatis gratia, græca ipsius S. Gregorij
verba citabo, in quibus vox βαπτιστῶν, id est
baptizantium, pro initiatoribus posita est:
πῶς δὲ (inquit: τὰ πρὸς δεξιῶσι τῶν ἐκῶν
βαπτιστῶν cum autem ministrer vnus solum
fuerit necesse est, baptizantium nomine etiā
susceptorem intelligere, qui ministro baptil-
mum celebranti opem ferebat, & licet S. Gre-
gorij verbis tum græcis, tum latinis ipse con-
uiuij vsus expressus nō fuerit, possumus tamē
illum vel coniectura elicere, quoniam voci,
δεξιῶσι, aut verbo, excipiendos, nulla com-
modior sententia subest: vel ex Nicetæ Serro-
nij expositione intelligere, quæ sic habet: *ac
iniquis, munus parabo, splendidamque vestē quā*

post baptismū induā, atque etiā mēsa qua iniriatori
 meum excipiā, ne hæc quide necessaria sunt, nec si ita
 preparatus nō fueris, propterea baptismi gratia que-
 quam decedet, mēsa enim vocem ad conuiuiū
 referre oportet. in hoc tamen Ser. ronius a S.
 Gregorio differre videtur, quod ille singulari
 numero vsus est: cum hic pluralem vsurpau-
 rit: & perinde ac primus vni tantum, alter vero
 pluribus conuiuium exhibitum fuisse, decla-
 ret, sed horum sententias ita conciliari posse
 existimo, vt dicamus, S. Gregorium de ba-
 ptismo, qui extra statuta Paschatis, & Pente-
 costes tempora conferebatur, locutum esse,
 cum vobis solūmodo baptisma suscipiebatur
 quo tempore tam minister, quam susceptor
 conuiuiū interesse poterat. Nicetā vero Ser-
 ronium de baptismo, qui Paschatis, aut Pē-
 tecostes per vigilio administrabatur, intelli-
 gendum esse, quando tot viri, ac mulieres sa-
 cro fonte lustrabātur, vt minister a singulis ba-
 ptizatis conuiuiū excipi nequiverit. Verum
 id est coniectura, affirmamus, quæ dubitatio-
 ni adhuc locum relinquit: Quare, si quis, Ser-
 ronium numerum singularem cū plurali cō-
 fudisse, quod tam diligens numeri observa-
 tio ad rem suam nihil faceret, ac semper plu-
 ribus, siue ij susceptor, & minister, siue alij es-
 sent, baptizatos conuiuium exhibere solitos
 fuisse, credat: nec nos illius opinioni aduersa-
 bimur: & valde probabilia afferet, quæ qui-
 uis sequi facile possit. Verum, quia citati
 scriptores in Ecclesia Græca floruerūt aliqui-
 bus videri poterit conuiuij vsus post baptis-

Conuiuij
 vsus post
 baptismum
 etiam apud
 Latinos
 receptus
 fuit,

mū solummodo apud Græcos receptus fuisse, quā illi opinionē exuēt, si Concilij Mogūtinii. auctoritatē, quæ paulo post citabitur, autē te considerauerint, mox enim illa demonstrabimus, cōuiuandi ritū baptizatis interdictū fuisse, ex posteriori autem rei cuiuspiam prohibitione priorem eius vsū ritē probari, nemo sapiens inficiatur. Alij etiam conuiuij post Baptismū in eūndi cōsuetudinem tā Græcis, quā Latinis adimere nitētur quia Christianæ pietati, ac religioni repugnaret post rem sacram & diuinam epulari, & quod Baptismus hora non administrabatur, ac sæpe ad summā nocte protēdi solebat, vt cōuiuio locus superesse non potuerit, quibus facillē responderi potest, nullā pietatis iacturā ex cōuiuio metui posse, cū etiā post Euchar. sacramentum olim fideles in Ecclesia publicē epulari cōsueuerint: sicut volumine quinto, vel sexto constabit, cū in Eucharist. ritibus explicādis occupabimur, baptismū vero vsque ad noctē produci, raro cōiugit, quod vbi fiebat, in alterū diē, qui cōmodior videretur, conuiuiū dilatū esse, verisimile est. Atq; ita solenni Pasch. aut Pentecost. diē, vel qui alterutū subsequēbatur, cōuiuū exhiberi potuit. Quibus autē rationibus illa cōsuetudo in Ecclesiā irrepserit, nihil certi ex scriptorib. antiquis colligi potest, nisi quisi- militudinē quandā, & affinitatē cum Gentiliū & Hebr. morib. sequi velit: vt nimirū cum illi die^a Natalium, ^b impositionis nominum, ^c initiationis, & ^d nuptiarum, amicis omnibus Conuiuij, vsq; post baptif. cur. & quādo abolitus.

K k k ij

Post Eucharistia-
sumptionē
fid. Iesolim
in Ecclesia
publicē e-
pulari.
Quando
baptizati
conuiuium
exhiberent
Caussē con-
uui post
baptismum
a Cic. 1. de
finib. & O-
rat in Au-
ton. Mart.
lib. 7. Or.
Hom 7. in
Gen. & S.
Athan orat
vnum esse
Christum,
b Sui, verb.
decatim
c Hor ode
14 Macro.
lib. 1. cap
13. & eolyd.
Vig. lib 5.
cap 1. E-
ther. 2.
d Ios. Heb.
lib 1. antiq.
cap 28 &
Iuuen. Sa-
tyr. 6.

Conuiuij
v. us post
baptismum
cur, & quā
do abolitus

accitis, lautè epularentur, ita nos baptis-
mi tempore, cum spiritualiter nascimur, nomē
salutare accipimus, Christo Deo optimo ini-
tiamur, & cum Ecclesia arctissime copulamur,
laetitia de clarandæ causa conuiuari, maximè
deceret. Quas ego rationes sicut propter ve-
risimilitudinem aperte damnare non possum
ita, quod certis authoribus careant, pro veris
assumere non ausim. Hoc quidem verissimū
est, ex ea consuetudine multos, posteaquam
à maiorum disciplina, vitæ que sanctitate dis-
cessum fuit: non leuem offensionis occasiōē
desumpisse. Quod optimè intelligentes tam
Romani deinde Pontifices, quam vbiq; gē-
tium Episcopi nihil prius, & antiquius habue-
re, quam vt deprauatam consuetudinem fun-
ditus abolerent, mala innumera, quæ inde in
Christianam rempublicam proficiscebantur,
frequenti populo explicantes. Nec eo quidē
pacto perinde profecere: quoniā à patrijs mo-
ribus non ita facile homines auocantur. Qua-
re nonnulli postea extiterē seuerioris ingenij
Patres, qui decretis, & statutis eam prohiben-
dam, vel corrigendam censuerunt. Quod fa-
ctum est Synodo II. Moguntina cap. 16. vbi
habetur. *Vt tantumysterio debita omnino reueren-
tia exhibeatur. Parochos, & Ecclesiarum ministros
sedulo monemus: vt mane intra officia diuina, aut
mox post ea peracta, cum multa sobrietate, & accu-
rata deuotione baptismum: administrans, commessa-
tiones vero, & parum sobria conuiuia, quæ quibus-
dam in locis post baptismum fiunt, per ciuiles magi-
stratus inhiberi, aut saltem ad moderationē Christia-*

nis dignam reduci volumus. Ad cuius imitationē S. Carolus solenni conuiuio, quod nonnulli post filiorum baptismum opiparē exhibere solebant, animarum Curatoribus interesse prohibuit. Quemadmodum Synodo diœcesana 3. decret. 13. cautum est. Olim quidem in Ecclesia Ambrosiana mos fuit, vt Archiepiscopus septem clericos, qui ipsi baptizanti inseruiuerant, splendido conuiuio exciperet, quod videmus apud Beroldum de Sabb. S. his verbis, sciendum præterea, qui a illi duo custodes, qui porrexerunt aquam, & manutergium Episcopo ad fontes ad lauandum pedes puerorum, & ad extergendum eosdem, & tres custodes maiores, qui dederunt pueros Cardinalibus in fontibus, & ostiarius hebdomadarius, qui in processione portauit crucem auream, & cicindelarius: omnes isti debent prandere cum Archiepiscopo, quo loco verba, debent prandere, pro prandent à viro linguæ Latinæ patrum perito, posita sunt. Verum ea consuetudo multis de causis, quas animus fingere potest, iam pridem desit.

Archiepiscopus Mediolanensis post baptismum septem clericos conuiuio excipiebat. Canonici Ordinarij olim Cardinales appellati sūt.

Ecclesiam propter baptizatos ingentem lætitiæ significationem præbuisse, ob id que octo dies festos lætè agitasse.

CAP. XLVIII.

Nec vero solum baptizati cōuiuio, sed & cæteri homines festo vestitu, religiosa vocum modulatione, campanarū are e summis sacrarum ædium turribus, quæ citatissime

K k k . iij

Lætitie si
gna præbe-
bant Chri-
stiani pro-
pter bap-
tizatos.

pulsato, quibusque alijs rebus lætitia signifi-
cari solet, non obscura Christianæ felicitatis
argumenta præbebant. Vt propterea Tertul-
lianus lib. de bapt. cap. 20. obijcanti, post
baptismum à certis cibis abstinendum esse,
responderit: ipsum Dominum post lauacrum sta-
tum tentationes circumsteterunt, quadraginta die-
bus ieiunijs functum. Ergo & vos, dicit aliqui, à
lauacro potius ieiunare oportet. Et quis enim promi-
bet, nisi necessarius gaudij, & gratulatio salutis
quorum primum, scilicet, gaudere, ad bap-
tizatos, secundum vero hoc est, gratulari, ad
Ecclesiam refertur. Lactantius autem Firmia-
nus hanc consuetudinem apertioribus signifi-
care non potuit, cum in carm. Pasch. cecinit.

Fulgentes animas vestis quoque candida signat.

Et grege de mæuo gaudia Pastor habet.

Ac S. Ambrosius serm. 61. qui in die Pente-
costes habitus est, religionis nostræ cultores
hortatur, vt omnibus gaudijs exultent. pro-
pterea quod multi baptismi sacramento sese
Christianæ militiæ obligauerint, sicut ex ver-
bis eius constat: *letemur* (inquit) *in hac san-
cta die, sicut in Pascha lætari sumus, est enim in
vtraque die similis, eademque solennitas, omnes
gentes baptizari solent, &c.* S. vero Augustinus
lib. 8. Confess. Victorini cuiusdam baptismum
referens, tam ingentem lætitiã omnium ordi-
num fuisse scribit, vt Victorini nomen per
omnium ora festa acclamatione volitaret. le-
gimus enim: *omnes sibi inuicem quisque, vt
eum nouerat, instruerunt nomen eius strepitu con-
gratulationis, quis autem ibi non eum nouerat? &
sonuit presso sonitu per ora cunctorum collatantium.*

Victorinus, Victorinus. Idem serm. 163. de tempore, quē die Dominico Pasc. celebritatis habuit, ob hanc ipsā causam Christianos ad religiosum tripudium, & festam saltationem inuitat dicens: *Hic igitur est dies dilectissimi, quem fecit Dominus, ut audistis celsior cunctis, lucidior vniuersis, in quo sibi nouam plebem, ut ipsi videris, regenerationis spiritu conquisiuit, in quo singulorum mentes gaudio, & exultatione perfudit, &c.* Quod alijs verbis à S. Paulino Nolano clare traditum est Epist. 12. ad Seuer. cum Pontificis gratulationem, & vniuersi populi lætitiā in Epigram. ad eum transmissō canit.

*Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
Infantes nivos corpore, corde habitu:
Circundatque rudes festis altaribus agnos
Pura salutiferis imbuit ora cibis.
Hinc senior sociæ congaudet turba cateruæ,
Alleluia nouis bābat ouile choris.*

Demum tota ciuitas Turonensis, cum Hebr. aliquot sacro baptismate muniti, ad Christi castra transiissent, tam insolita spiritus suauitate perfusa est, ut eius lætitiā cum Hierosol. vrbis gaudio, quod Spiritu sancto in Apostolos immisso, percepit. S. Greg. Turonens. li. 5. hist. c. 11. comparare non dubitauerit his verbis. grauisus autē nuncio Pontifex, nocte sancta Petrecostes vigilis celebratis, ad bapt. foras muraneum egressus est ibique omnis multitudo coronā eo prostrata, baptismum flagitauit, at ille præ gaudio lachrymans, cunctos aqua abluens, chrismate liniens in sinu matris Ecclesiæ congregauit, flagrabant cerei, lampades resulgebant, albicabat tota

K k k iij

ciuitas de grege candido, nec minus sicut ubi gaudium, quam quondam, spiritu sancto descendente super Apostolos. Hierusalem videre pmerunt. Quantis vero gaudijs olim propter Constantini Magni Baptismū omnis Ecclesia publice inceslerit, cum ipse Constantinus in Edict. ad Syluest. Pap. tum Simeon Metaphrastes in vit. S. Syluest. clarè testantur. Nec dubium est, quin S. Augustino, & Clodouco Rege baptizatis, Christiana respub. incredibili letitia exultarit. Quæ si leuia argumenta tibi videntur: potetis vel Ruperti Abbatis testimonio vti lib. 7. de Diuin. Offic. cap. 11. vbi inquit: quia nox illa Sacratissima incumbit, in qua iam, ut dictum est, prima Resurrectione resurgunt, qui baptizantur, noui Ecclesie filij, primum tanquam de salicibus direpta nostra certatim organa perijuliat alleluia: & mox infra: hoc alleluia, sicut & reliquum huius diei Officium, maxime baptizatorum est exultatio, eo quod prima, ut dictum est, Resurrectione iam consurrexerunt cum Christo, vel ex vestigio eius in missa pro baptizatis, octiduo Paschæ cantari solita, aliquid firmitus, ac certius elicere: sæpius enim repetita vox Alleluia, manifestè veteris gaudij nobis memoriam refricat: vel demum octo dies festos olim propter baptizatos celebrari solitos adijcere, quorum solemnis religio populum fidele in pietatis Christianæ officijs, & sanctis operibus continebat De qua re loquens S. Augustinus de sermone Domini in monte, ait: hæc octaua sententia, quæ ad caput redit, perfectumque hominem declarat, significat fortasse, & circumcissionem octaua die in veteri testamto, &

Vestigium
gaudij
propter ba-
ptizatos in
octo
Pascha.
Alleluia cur
Paschatis
tempore
sæpius re-
petatur.
Festum
diem pro-
pter ba-
ptizatos o-
cto diebus
Ecclesia
agebat.

Domini Resurrectionem post sabbatum, qui est vi-
 que octauus, idem qui primus dies, & celebrationem
 octauarum feriarum, quas in regeneratione noui ho-
 minis celebramus. Et Amalarius Fortunatus lib.
 4. de Ecclesiastic. Offic. cap. 29. septem dies, qui
 sequuntur, recolunt aduentum septiformis spiritus,
 siue nostram letitiam, in qua congratulamur nuper
 baptizatis: & paulo post, iste sunt feria, quas Beat.
 Augustinus memorat superius octauarum feriarum
 regenerati hominis. Item Rabanus Maurus lib. 2.
 de Instit. Cleric. cap. 39. alios septem dies in me-
 moriam eiusdem Dominica Resurrectionis congrua
 festiuitate subiungens: quos VII. dies albas vocita-
 mus, propter eos, qui in sancta nocte baptizati, albis
 per totam hebdomadam utuntur vestibus, & Berno
 Augiensis libel. de quib. reb. ad Miss. spe Et. ca.
 3. sicuti gratia mysterij per octo dies noster baptizatus
 colitur, ita ut octaua die vestimenta mutantur bap-
 tizatorum. Ex quibus locis facile colligi potest,
 quamobrem Octauæ Paschatis, & Penteco-
 stes nomen apud nos etiam perseueret. Profe-
 ctum est enim ab illa veteri cōsuetudine octo
 dies festos piè agitādi: cuius nos tractationem
 in Diario Ecclesiastico fusius persequemur.
 Sed baptizatorum festi, quod octo diebus ce-
 lebrabatur, comprobandi aliud quoque argu-
 mentum nobis suppetit: quod in canone Mis-
 sa, quæ Paschatis & Pentecostes octiduo per-
 agitur, baptizatorum mentio fit. quem ritum
 veterib in vfu fuisse, colligitur ex Ruperto Ab-
 bate li. 7. de Diu. Off. c. 11. cum ait, in canone per
 hanc heb. hoc pro ipsis additum est: hanc igitur obla-
 tionem seruitutis nostræ: sed & cuncta familia tuæ,

Octauæ
 Paschatis,
 & Penteco-
 stes nomen
 cur apud
 nos duret.

quam tibi offerimus pro his, quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu sancto. Huius autem consuetudinis ratio ab eodem Ruperto ibidem capit. 13. explicata est his verbis: hoc & per octo beatitudines Evangelicas significatur, quas in regeneratione nostri hominis celebramus. Vbi significatur, octo dies à baptismo festos celebrandi ritum in Ecclesiam inuectum esse, vt intelligeremus, eos, qui baptismi fonte renati sunt, octo beatitudinum, quarum sacer Euangelij codex meminit, participes fieri. Verum, vt constet, non minus baptizatos, quam reliquos Christi fideles, illis octo dieb⁹ a negociis, corporisque laboribus feriatos fuisse, in memoriam reuocandum erit augustissimum Missæ sacrificium, cui vestibus albis, & cereo instructi, religiosè intererant. Sic enim S. Ambrosius scriptum reliquit lib. de myst. Pasch. ca. 5. hinc casti patres, pudice etiam matres nouellam per fidem stirpem prosequuntur innumeram; hinc sub fidei arbore ab utero fontis innocui cereorum splendor ornatus. quod etiam ex aliis Patribus cognoscere est, vt Authore Ordinis Romani tit. de sabb. S. in die, cum inquit: de paruulis providendum est, ne, postquam baptizati fuerint, illum cibum accipiant, neque lactentur sine summa necessitate, antequam communicent sacramento corporis Christi. Et postea per totam hebdomadam Pasche omnibus diebus ad missam veniant, & parentes eorum pro spsis offerant, & communicent: Albino Flacco lib. de Diuin. Offic. cap. de sabbato in Albis: nostri baptizati ducuntur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminata præcedente eos: unde intelligitur, ad

Festū octo dierum à baptismo significatur octo beatitudines, quarū baptizati participes fiunt.

Festum diē agebāt baptizati octo diebus. baptizati octo dieb. intererant missæ induti vestibus albis, & cereo instructi.

nullo
cend
igru
i. de
octo e
nis
tres j
zato
com
hoc p
qua
quia
dem
mar
bap
toti
in e
ac p
qua
zat

Ba
a

I
ba
nu

illos alios usus in quibuslibet locis eam debere accendi, nisi in recodatione luminis spiritus sancti, dñi igitur ad Ecclesiam. Et Amalario Fortunato lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 29. sicut neophyti nostri per octo dies sub ducibus, presbyteris scilicet, atque patribus, & matris deducuntur, illi, qui baptizant, patres sunt baptizatorum, quoniam plures sunt baptizatorum, quam deduci possint ab his, qui baptizant, commendantur ceteris patribus spiritualibus, ut eis hoc prebeant, quod a presbyteris prebendum erat, quas ego auctoritates ut omnes plurimi faciã, quia id, quod probare institueram, perspicue demonstrant: tamen primam, tertiam, & ultimam libentius attuli, quod amplius declarer, baptizatos olim a susceptore, & parentibus per totidem dies ad Ecclesiam deduci solitos, atque in ea ad fontem baptismalem cum religione, ac pietate steterisse. Quorum posterioris si aliqua ratio afferenda est: puto fuisse, ut baptizati ab omnibus cognosci possent.

Baptizati octo dieb. ad Ecclesiam deducebantur, & ad fontem baptismalem consistebant, eiusque ratio.

Baptizatorum numerum paschatis, vel pentecostes die olim denunciatum fuisse: & de supplicationibus ad baptismi fontem haberi solitis.

CAP. XLIX.

ID tamen alia quoque, ceremonia a Patribus indicari solitum legimus: cum Episcopus baptizatorum numerum frequenti populo denunciaret. Cuius meminit S. Greg. Nazianz.

Baptizatorum numerus in paschate, vel pentecoste denunciabatur ab Episcopo.

orat. 23. in laud. Heron. philof. vbi grauiffimis verbis eum admonens, vt baptifimi Sacramento primo quoque tempore initiatur, sic ait: *ad idum, coronis nostris te deuinciam, ac clara voce, nõ in media olympia, nec in exiguo Gracie theatro, sed coram Deo, & angelis, atque vniuerso Ecclesie cœtu victorem proclamabo. nihil est enim aliud, victorem proclamabo, quam ex infensissimis humani generis hostibus per baptismum victoriam retulisse, denunciabo sicut ex Græco S. Gregorij textu constat, qui ἀναγορεύω, ait, id est, voce præconis renuntiabo, siue generalius denunciabo. Hoc enim postremum superiori loco magis conuenit, cum præcones in baptizatis renunciandis data opera adhibitos esse, veteris Ecclesie angustis, & rerum sacrarum dignitati repugnasse videatur. Igitur clerici id muneris obibant; & primo quidem Episcopi: quemadmodum S. Gregorius, Episcopali dignitate illustris, de se ipso fatetur. verum, posteaquam Ecclesie decus, & maiestas creuit, ne de Episcopali dignitate quicquam detraheretur, si infimis muneribus functi essent, tota ea res ad clericos inferiores, nempe ad Notariũ regionarium deuoluta est. De quo Author Ordinis Romani tit. in vigilia sancti Pasche in nocte scribit his verbis: *die resurrectionis Dominica, procedente Pontifice ad sanctam Mariam cum ordinibus suis, notarius stat in loco, qui dicitur Merulanas, & salutato Pontifice, dicit: in nomine Domini nostri Iesu Christi, baptizati sunt hesternæ nocte in sancta Dei genitrice Maria inantes masculi numeranti, sexmine tanta. quo loco aduertendum est,**

Baptizato-
rum deuũ
ciatio pri-
us ab Epif-
copis fie-
bat, tum a
clericis in-
ferioribus
fieri cœpit,
& quam-
obrem.

diei Paschatis mentionem fieri, non quia lo-
 lum eo baptizatorum numerus denunciari
 soleret, ac sacra Pentecostes solennitas eo ri-
 tu caruerit: verum quia ibi de Paschatis bap-
 tismo sermo erat, vt Pentecostes mentionem
 facere, necesse non fuerit, vel quia plures Pas-
 chate, quam Pentecoste baptizabantur: ideo-
 que solenniori baptismo denunciandi cōsue-
 tudinem attribuit. sicut de alborum dierum
 appellatione cōtigisse, alibi monuimus. ceterū
 non minus, qui Pentecostes peruigilio aquis
 lustralibus abluebantur, ipsa Pentecostes ce-
 lebritate, quā qui sabbato sancto, die Christo
 reuiuiscenti sacro denunciatos fuisse, putandū
 est. Ibidem constat baptizatorum denuncia-
 tioni nominis Domini inuocationem præ-
 mitti solitam esse. quæ ex communi veterum
 consuetudine profecta est, qua Domini nomē
 in singulis actionibus & scripturis recitabatur,
 vt, præter innumera exempla, nobili publica-
 rum tabularum vestigio expressum est, quæ à
 nomine Domini exordium sumunt. Ex S. autē
 Gregorij autoritate colligitur, ipsam denun-
 ciationem inter missarum solennia coram fi-
 delibus factam fuisse. ait enim, *coram Deo, &*
Angelis, id est, sacre liturgiæ tēpore, cum san-
ctissima Deo hostia immolatur. & beata mē-
tes corporibus semper vacantes inseruiunt: ac
rursus, vniuerso Ecclesia læta, nempe, fidelibus
ad sacram synaxin religiosè coactis. Sed, quia
is minimè significauit, in qua missæ partæ sie-
ret, ego, qui nullam quæstionē præfermitte-
re statui, ad coniecturas de more confugiam

Baptiza to-
 rum denū-
 ciationi
 nominis
 Domini
 inuocatio
 præmitte-
 batur.

Denuncia-
 tio fiebat
 in missa co-
 ram popu-
 lo, post
 Euangelij
 lectionem.

Supplicatio ad fontem baptismalem per octo dies.

quibus ducibus non dubito, quin post Evangelicæ autoritatis lectionē fieri solet: quia tunc cæteræ denunciations peragebantur. Post hæc ad baptismi fontem cum solenni pompa, collucentibus vndique cereis supplicationem obibant. In qua peragenda octo dies magno pietatis fructu exercebantur, quemadmodum ex veterum testimoniis peripicuum est. Nam, præter Fortunati poetæ autoritatem lib. 5. carmin. quæ ad hanc consuetudinem alludit:

*Vndique raptâ manu lux cerea pronocat astra:
Credas ut stellas ire trahendo comas:*

Author Ordinis Romani tit. de sab. S. Paschæ ad vesperum, & vsque ad octauas Paschæ in hanc sententiam scribit: *descendant ad fontes cum antiphona, in die Resurrectionis meæ, &c.* Albinus etiam Flaccus lib. de Diuin. Offic. c. 20. eius doctrinæ insistens: in hac inquit hebdomada non sequitur post Euangelium Resurrectionis, sed sacerdos dicit orationem, qua finita, descendunt ad fontes cum antiphona. Hæc ratio per totam hebdomadam seruatur vsque in Dominicam post albas. Quod etiam repetit paulo infra: cum variis diei Paschatis ritus enumerat his verbis: *inde melodia, inde Euangelium. Antip. venit Maria. sequitur oratio. Inde vadunt ad S. Iohannem ad fontes.* Immo etiam Rupertus Abbas li. 7. de Diuin. Offic. cap. 11. id sua ætate in vsu fuisse, demonstrat: cum ait: *ab hac vespera, qua baptizati sunt, per singulas huius hebdomadae vespere celebratur ad fontes procedit, cum Christi resurrectione sollemnitate sancti celebrans baptisterij. Et, si pergas*

veterum testimoniis noua adicere, stat sententia, veteris moris vestigium esse, cum in Ecclesia Mediolanensi Archiepiscopus, vel Canonici per octo Paschatis dies ad fontem magna pompa, & religione procedunt. Si autem quaras, unde illa pia consuetudo deriuarit, nihil mihi probabilius occurrit, quam à mulierum Hebræarum exemplo desumptam esse: quæ, posteaquam Pharaonis voraginibus submersus est, septem diebus littora circumierunt, cantantes, & Deum laudibus celebrantes.

Supplicationem obsecundi ad fontem baptismalem uenigim in Ecclesia Ambrosiana.

Ab balneis, epulis lautioribus, spectaculis, & uxore baptizatos octo diebus abstinuisse, & quamobrem.

CAP. L.

Verum enim uero hos dies baptizati tam pie, ac sanctè colebant, ut, præter psalmos, hymnosque, & alia pietatis Christianæ officia, etiam singularis abstinentiæ non leuia argumenta præberent. abstinebant nimirum à balneis, epulis lautioribus, spectaculis, & re uxoria. De primo abstinentiæ genere Tertulliani testimonium extrat lib. de coron. milit. ca. 3. cum inquit: *inde suscepti, lactis, & mellis concordiam prægustamus, ex eaque die lauacro quotidiano per rotam hebdomadam abstinemus.* Nec aliud indicant, quæ de chrismatis unctiōe octo diebus conseruata Ordo Romanus tradidit in S. Paschate tit. de obseruanda unctiōe chrismatis: *quanto autem tempore generaliter*

Baptizati abstinebant per octo dies à balneis, epulis, spectaculis, & uxore.

ab Ecclesia celebratur aduentus spiritus sancti super
Apostolos, tanto tempore debet seruari vnctio chris-
matis apud vnumquemque, qui accipit manus im-
positionem. Cætera Concilium Carthaginense

Ratio, cur
baptizati
abstinentia
vterentur.

III. docuit cap. 86. cum habet: Neophyti ali-
quandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, & con-
iugibus abstineant. Neq; vero vlla alia fuit cau-
sa, quare id statui necesse fuerit, nisi vt bapti-
zati à dæmonis æstu liberarentur, quo ille ne-
fariè agentes vexare solebat. quemadmodum
Glossa in Grat. de consec. dist. 5. cap. 12. testa-
tur his verbis: quia nuper baptizatos dissolute vi-
uentes solebant demones energumenos, id est, arrepti-
rios facere, ideo subiungit, à quibus neophyti debeant
abstinere. Sed, quo facilius possit existimari,
quante pietatis argumentum fuerit, à balneis
abstinere, (nam Epularum, coniugis, & spe-
taculorum abstinentia satis ipsa patet) pla-
cet hoc loco breuiter adnotare, veteres Chri-

Balnea pu-
blice Chri-
stianis &
Gentilibus
quotidie
in vsu loco
voluptatis.

stianos non minus, quam Gentiles, quotidie
publicis balneis voluptatis loco vsos fuisse.
Quod testantur plurima Patrum testimonia.
Author enim Constit. Apostol. lib. 1. ca. 7. viris
non quidem lauare, sed cum mulieribus pro-
hibet: vt omnis offensionis causa tollatur: in-
bulans autem in foro, & lauare volens, vtere viri
balneo, ne, si nudatum corpus tuum mulieribus tur-
piter aperueris, aut speciem viris non conuenientem
adspexeris, vel irretitus inueniaris, vel ipse in te ir-
retias mulieres, quæ tam facile capiuntur. Et ca. 10.
mulierib. virorū balneis interdicit, ne incau-
tam iuuentutē voluptatis amor irretiat: denudatam
inquit, confusam una cum viris in balneo lotionem.

Multa

Multa enim sunt vitia mali. Mulier fidelis cum
 viris ne lauetur, si contigit faciem, ut ab alieno-
 rum virorum adpectu os suum verecunde occultet:
 quomodo nuda cum viris talis mulier in balneum
 int'abit? Muliebres si sit balneum, cum pudore ordi-
 nate, & modeste lauet. Hora tibi sit constituta balneo
 decima. Tertullianus etiam lib. de virgin. vela.
 muliebrem mundum enumerans, balnearum
 meminit his verbis: pallium extrinsecus iactent,
 calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad
 balneas deferunt, &c. Et S. Cyprianus li. de laps.
 eorum consuetudinem arguens, qui perspe-
 ctiem penitentiae, balneas frequentabant, ple-
 nus amarum, irarumque exclamat: lamentari
 eum putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, plan-
 ctibus Dominum deprecari, qui ex primo criminis
 die lauacra quotidie celebrat? Simile est illud S.
 Hieronymi Epist. 7. ad Lat. cum in virginum
 lauacra inuehitur: scio, praecipisse quosdam, ne vir-
 go Christianam Eunucho lauet, nec cum maritatis
 seminis. mihi omnino in adulta virgine lauacra di-
 splicent, quae seipsam debet erubescere, & nudam
 videre non posse. Et Epist. ad Salvia. de ferian. vi-
 duit. balnearum calor nouum adolescentiae sangui-
 nem non incendat. Nec praeterit Concilium
 Laodicenum can. 3. muliebres balneas viris
 interdicens: quod non oportet, (eius verba sunt)
 eum, qui est vel clericus, vel exercitatus, in balneo
 cum mulieribus lauari, neque omnem penitus Chri-
 stianum, vel laicum. haec est enim prima apud gentes
 condemnatio. Adiuicio Ioannis Mosci authorita-
 tem, qui cap. 168. prat. spirit. sui temporis mo-
 nachos reprehendens, quod de veteri Patrum

disciplina remittentes, ceterorum more in balneis laurentur, ita scribit: *patres nostri nunquam facies suas lauebant, nos autem lauacra publica, balneaque frequentamus.* Atque hanc Ioannis auctoritatem scio alibi, cum de catechumenorum abstinencia crederemus, à nobis allatam esse, quã hic denuo repetere volumus, vt res, pluribus, & firmiter praesidiis fulta, certio rem fidem inueniat, quin & Constitutionum Apostolicarum lib. 2. cap. 64. auctoritas, quæ ibidem allata est, huc commode transferri poterit, vt planè constet, veteres Christianos voluptatis loco balneis vfos fuisse. E contrario quicumque publici sceleris piaculo ob-

Pœnitentes
abstinebãt
à lauacris,

stricti, mœroris, ac tristitiæ signa exhibere tenebantur, in sordibus, ac squalore versantes, tandiu à lauacris abstinebant, quoad impleto pœnitentiæ tempore, Ecclesiæ communioni redderentur. Expressit hunc morem Tertullianus lib. de pœnitent. cum inquit: *de ipso quoque habitu, ac victu, sacco, ac cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deuere.* Et lib. aduers. Psychic. cap. 1. arguunt nos, quod ieiunia propria custodiamus, quod stationes plerumque in Vesperam producamus, quod etiam xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni iurulentia, & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edemus, vel potemus, lauacris

Ieiunantes
Christi
cibus sic
vescebãtur.

quoque abstinentiam congruentem arido victui. Meminit & S. Cyprianus lib. de laps. supra citato: *lamentari eum putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo criminis die lauacra quotidie celebrat.* Et Eusebius

lib. 7. hist. cap. 16. pœnitentium actiones describens: priuatim denique sponte sua vel ieiuniis, vel lotionum, ciborumque abstinentia, vel aliis quibus iussus est, semetipsum affligens, tempus explet, in quantum Episcopus prestituit. Quin etiam S. Pacianus parèn. ad pœnit. dum incommoda, & afflictiones eorum, qui criminis admissi conscientia stimulant, Deo reconciliando operam dabant, ordine exequeretur, luculentissime idem explicauit, inquit: *stere in conspectu Ecclesiæ, perditam vitam sordida veste lugere, ieiunare, orare, pronolui: si quis ad balneum uocet, recusare delicias, si quis ad conuiuium reget, dicere: ista felicitas, ego deliqui in Dominum, & periclitor in æternum perire.* S. autem Ambrosius li. 1. de pœnit. cap. 7. hoc, inquit, insolentis arrogantia, non sancti timoris est, ut fastidio uobis sint, qui uolunt augere pœnitentiam: perpeti uidelicet silentium lachrymas non potestas: non ferunt oculi uestri uilia uestimentorum, illuicem sordidatorum. Adeo vel balneis uti, in honore, & deliciis, vel iisdem carere, in sordibus, & odio apud Christianos habitum est. Ex quo licet cognoscere, durioris uite studio (sicut in initio dixi) baptizatos à lauacris abstinuissè: Curationi si quis aliam adjiciat, ne uidelicet sacri chrismatismis unctio in baptizatis breui deleteretur, eo probabilior sententia erit, quod unctio diu custodiri solitam, paulo ante docuimus.

Rationes
duæ, cur
baptizati à
lauacris
abstinerent.

De pernoctationibus, quas baptizati septem diebus
agebant: deque veteri cereas Agni caelestis
imagines baptizatis dandi
consuetudine.

CAP. LI.

Baptizati septē dieb. In oratione pernoctabant.

Eiusdem generis erant pernoctationes, quas baptizati septem diebus agebant, ut in oratione diuina Dauidis carmina, & psalmi, nouaeque legis instituta recitantes, in Dei laudibus occuparentur. quam consuetudinē reliqui quoque fideles, & praesertim Clericali militiae adscripti seruabant: sicut, cum de horariis precibus dicendum erit, fuisse probabimus. Sed ne baptizatorum pernoctationes gratis asseruisse videamur, Amalarij Fortunati testimonium dabimus in lib. 4. de Eccles. Offic. cap. 27. de completionē dierum Pentecostes: ubi vir praecipua eruditionis fama psalmorum, quos recitabant, numerum, & significationem, caeteraque ad eam rem pertinentia clarè prosequitur in hunc modum: quod in Pascha diximus desequentibus baptismalibus noctibus, hoc & hic dicimus, ut tres psalmi recolant sepulturam Domini triduanam, in his praecipue, qui consepulti sunt Domino. hoc agitur per septem dies propter sacramentum praesentis vitae, & propter septimam diem, quam anima sanctorum recipiunt exuta à corporibus, vel septiformem spiritum sanctum, qui per unamquamque diem diuerso cibo alii suos. baptismales autem

noles, quod in iis baptizati diuinis laudibus
 præcinendis operam darent, appellatas fuisse,
 perspicuum est, cum præsertim *Domino conse-*
pelvi, hoc est, baptismo, qui Domini sepulta-
 ram exprimit, consignari, scriptum sit. sequen-
 tia vero verba ad rationem eius consuetudinis
 pertinent: quæ cum ibi manifestè posita fue-
 rit, eam pluribus explicare, necesse non est.
 Percurramus nunc sacrata in cera Agni cœle-
 stis imagines baptizatis dandi cōsuetudinem.
 cuius quidem nullum Authorem habeo, præ-
 ter Gulielmum Durantum in ration. Diuinor.
 Offic. & recentem antiquitatum liturgicarū
 scriptorem. quod in causa fuit, vt diu dubita-
 uerim, an hæc leuioris fidei assertio cæteris to-
 nobilium, ac veterum scriptorum autoritate
 confirmatis esset adiungenda. Sed fecit cære-
 moniæ dignitas, vt aliquid etiam nouissimi sæ-
 culi scriptoribus tribuerem: eoque libentius,
 quod vterque tradit, Dominico die, qui Pas-
 chatis solennia subsequitur, dum summus Ec-
 clesiæ Antistes sacra sigillaria cerea diuini A-
 gni familiaribus, ac domesticis est distribu-
 tus, Acolythum alta voce occinere: *Domine,*
Domine, Domine, isti sunt Agni nouelli, qui annun-
ciauerunt alleluia, modo venerunt ad fontes, &c.
 Ex quo intelligi potest, hanc, quæ Romæ per-
 agitur, cæremoniã veteris consuetudinis ve-
 stigium esse: non solum quia Agnorum no-
 uellorum, hoc est, nuper baptizatorum men-
 tio est, sed etiam quia in ipsa fontes nempe
 baptisteria nominatim appellantur, vt de ea
 dubitare nemini liceat. Immo si quis eam vo-

Diuini A-
 gni in cæ-
 rea effigie
 baptizatis
 dabatur.

Dominico
 die, qui
 Paschatis
 solennia
 subsequi-
 tur, Ponti-
 fex Agnos
 cæra rite
 consecrata
 fictos do-
 mesticis
 distribuit.



Cereæ Agni innocentiſſimi imagines in baptiſteriiſ dabantur.

Sacras Agni Dei imagines ſiſlelibus dandi conſueverunt à Romanis receptam Græci ſeſpueverunt.

cem perpendere velit, ſacras Agni Dei imagines in cœleſti lauacro baptizatiſ dari ſolitas eſſe, conſtabit. Quæ animaduertiſo plurimum adiuventi allatura videtur, ne imperiti rerum æſtimatores, communem reliquis fidelibus conſuetudinem ad ſolos neophyros deductâ eſſe, queri poſſint. Nam, quamvis ceream Agni innocentiſſimi imaginem ſingulis Chriſtianæ religionis alumnis diſtribuendi moſ in Eccleſia Romana (Græci enim potius eum reſpueverunt, quam adamarunt) olim vigerit tamen, quia à baptizatorum Agniſ originem traxit, non iniuria, aut imprudenter in baptizatorum ritibus poſui, proculdubio negligentia, vel inſcitia culpâ ſubiturus, ſi omiſſilem.

Nuper etiam, cum in Bibliotheca Ambroſiana, veræ ſapientiaſ aſylo, ſtudij cauſa verſare, fortè Ioannes quidam Carthageſa, qui à nobili adoleſcente lectitatus, iacebat apertus in diſco, ſeſe mihi legendum obtulit, quem primum intuiſus, (erat enim multorum manu rituſita, vt ſpem aliquam rei vtilis legenti aſferret) ad illum peruoluendum alacrior factuſ ſum: quod, Baptiſmi in eo mentionem eſſe, perſpicereſ. progreſſuſ igitur longe in legendo, reperi, ipſum cereæ Agni cœleſtiſ imaginis baptizatiſ dandæ conſuetudinem indicare, eiuſque rei locupletem Authorem Optatum Mileuitanum ex libro tertio contr. Parmen. citare. Ex quo, vix credat quiſpiam, quâ diſpares animi motuſ extiterint. hinc enim lætari, quod tam illuſtris Scriptoriſ authoritaſ ſuppeditata fuiſſet: hinc mecum ipſe queri,

quod, cum Optatum accusate legissem, adeo insignem locum, notatu, & obseruatione dignissimum, elabi passus essem. decreui igitur mearum vigiliarum, quæ ex ipso Optato de promptæ erant, indicem consulere, num in eo argumentum aliquod omisissæ authoritatis appareret. quod cum non reperissem, inuestigandæ veritatis cupidissimus, ipsum Optatum relegi: nec mihi vnquã vmbra eius ritus occurrit. Ex quo intellexi, hominis fuisse commentum, falso testimonio eruditionis famam aucupantis. quod iniquius tuli, non solum quia eandem authoritatẽ bis in margine, atq; medio in opere citat, duplici mendacio imprudẽtem lectorem decepturus: verum etiam quod eodẽ vitio multi Scriptorum laborant, tracturi in eandem corruptelam suo exemplo reliquos: nisi malo latius serpenti obuiam eatur. Cui pro virili parte occurrere volens, omnes Scriptores admoneo, vt vnus exemplo discant obseruatiõnes esse posteritatis, nec quicquam literis prodere, quod ipsimet non hauserint è fontibus: ne, dum sapientiæ, multiplicisve lectiõnis laudem intemperanter venantur, imprudentiæ, aut temeritatis notam incurrant. Verum ad diuinos agnos cerea in effigie baptizatis dandi consuetudinem, à qua Scriptoris aliqui non contempti simplicitas nos abduxit, reuertamur. Cũ autẽ de ipsius vsu, vestigio, ac loco dictũ fuerit: sequitur, vt causam etiam, gestãdĩq; modum in lucem proferamus. quorum prior fuit, vt baptizati intelligerent, se ppter Agni integerrimi, hoc est, Chr. Domini

LII iiij

Cereæ di-
uini Agni
imaginu-
dæ cur ba-
ptizatis da-
rentur,

acerbissimam mortem, pro humano genere
obitam, salutibus Baptismi aquis ablutos
fuisse: studerentque tales in omni vita se præ-
stare, ut virtutum Christianarum officis, ac
præcipue lenitatis, & mansuetudinis, quæ in
Agnis elucet, exemplo aliis præluerent. scri-
tum est enim supra: *isti sunt Agni nouelli, qui*

annuntiauerunt alleluia, modo uenerunt ad fontem.
Quæ verba cum de cereæ Agni cœlestis ima-
ginis dandæ vestigio explicata fuerint: sequi
videtur, ut etiam proprietas, & figura, quas in

Agni è ce-
ra ficti bap-
tizatorum
collo pen-
debant.
Euchari-
stia fideles
collo ge-
stabant.

Agnis considerauimus, in huius consuetudi-
nis rationibus poni possunt. Alter uero in eo
situs erat, ut ipsa cerea diuini Agni sigillaria
decenter collo penderent. Cuius rei comitu-
ram ex eo facio, quoniam manus cereo impe-
diēbatur, ne aliam rem tenere posset: & quod
decentius illa collum, quam manum ornaret:
recepto apud ueteres Christianos more, ut res
sacro collo gestarētur: sicut de Eucharistia suo
loco sectores intelligent. Cetera, quæ de hac
cereæ imagine queri possunt, an sacris de mo-
re uerbis expiaretur, quorum sumptibus emi
soleter, ac quam diu a baptizatis ferretur, eo-
dem plane modo se habent, quo uestem can-
didam, cereum, ac similia habuisse, paulo ante
probatum est. Particulatim uero septem dieb.
latam fuisse, autimo: quod probabile non sit,

Cereæ ima-
gines fere-
bantur octo
diebus.

Patres eam baptizatis dari uoluisse, quam sta-
tim ipsos deponere, oportuisset: ac quia ex uer-
bis, semel, ac iterum allatis, quæ ad huius cō-
suetudinis imaginem, seu uestigium retuli-
mus: *isti sunt Agni nouelli, qui annuntiauerunt*

alleluia, modo venerunt ad fontes, intelligi potest, baptizatos ea instructos ad baptismi fontem iussit. Quare, cum octo diebus baptizati ad fontem procederent non absurda erit coniectura, totidem diebus baptizatos eandem imaginem detulisse.

De festo anniversario diei, quo quis baptizatus erat.

C A P. LII.

ERat illud quoque in more positum, insti-
tutoque maiorum, ut, quo quisque die
per baptismum Christo inlitus erat, quotan-
nis eundem festum, ac solemnem tum conui-
uijs, & oblationibus, tum vero magis diui-
narum rerum contemplationibus late agita-
ret: non solum si Pascharis, aut Pentecostes
tempore inanem superstitionem cum Chri-
stiana religione commutasset, verum etiam si
ob aliquam causam, extra statuta tempora, die
profano, ac civili, baptismo regenitus, iam
Ecclesie, effectus esset. Cuius consuetudinis
preclarum testimonium habemus apud V. ui-
libaldum Eistetensem vita. S. Bonifacij cap.
20. ubi hæc scribuntur, *ad ripam Borne erat fe-
stum neophytorum.* Et Micrologi Author (cuius
nomen immerito intercidit) lib. de Eccl. ob-
ser. cap. 56. Pascha à Romanis *annosimum* vo-
catum esse, affirmat, quod, qui in priori Pasc,
Christo se addixerant, quotannis ad Ecclesia
proficiscentes, eum diem pietatis Christiane

Diem, quo
quis b pti-
zatos erat,
Chr stiani
fe umage-
bant.

Micrologi
author in-
certus.

pascha sur
annosimū
vocaretur.

officiis, sanctis operibus, debitaque veneratione celebrabant: vt ex eius verbis liquet: *Romani annorum Pascha*, quasi anniuersarium Pascha dicunt, quia antiquitus apud illos, qui in priori Pascha baptizati erant, in sequenti anno eadem die ad Ecclesiam conuenere, suaque regenerationis anniuersarium diem cum oblationibus solenniter celebrauerunt. Beata quoque Gertrudis, religiosissima foemina, meritoque virtute, vt eius nomen literæ omnes ab interitu vindicent, cum optime nosset, quantum utilitatis ex ea consuetudine fideles caperent insignem Christianæ pietatis exercitationem conscripsit, qua baptizatos omni vitii contentione hortabatur, vt Paschatis, Pentecostesque celebritatem, qua quisque Christiana sacra susceperat, anniuersaria commemoratione recolerent, sic enim ait in exercit. insinuatione diuinitate pietate exercitat.

1. vt in fine Vitæ tuæ immaculatam baptismalis innocentiae tunicam, & fidei Christianæ sigillum integrum, & illæsum Domino valeas præsentare: stude certo tempore, præsertim in Paschate, & Pentecoste memoriam baptismi celebrare. Itaque desidera renasci in Deo per nouæ vitæ sanctitatem, & restitui in nouam infantiam. Atque hæc quidē hortationis ipsius verba sunt. Postea vero multiplices orationis refert, quibus singulorum Baptismi rituum memoriam religiose celebrare, atque ex iis fructum aliquem homine Christiano dignum reportare possint. quod si veterum testimonia nostris tabulis confirmare velimus, legēda sunt

Acta Ecclesiae Mediolanensis concilio provinciali VI. titulo. de baptismo. ubi clara eiusdem consuetudinis mentio est, quam, ut pietati Christianae consentaneam, in usum reuocari, Patres subiecto sibi populo perscrutari conantur. In Ecclesia tamen Orientali non eodem modo, atque in nostra, haec consuetudo seruabatur. Nam ibi, cum publicam utilitatem priuatae religioni anteferebant, (ex diuersis enim singulorum festis multa difficultates in hominum vitam nascebantur) certum diem religioni consecrarunt quem omnes, quamuis alio tempore baptizati, in diuinis beneficiis recolendis, atque aliis actionibus caelesti praemio dignis, omni pietate consumerent. De quo extat praecleara S. Gregorii Nazianzeni oratio ordine trigesima nona, quae in sancta lumina inscribitur, ubi sancta lumina pro baptismi die posita esse declarant non minus verborum series, quam SS. Patres plurimi, qui simili vocabulo baptismum, ^a illuminationem, & baptizari, ^b illuminari sapissime appellarunt. Et si Pamelius in notis ad S. Cyprianum, diem, qui Deiparae Virginis expiationi est sacer, & Baronius in notis ad Martyrolog. 8. Id. Ianuar. baptismi Christi celebritatem eo nomine intelligi, existimant, quorum utraque opinio (quod sine vlla contumelia à me dictum velim, utrumque enim propter singularem doctrinae praestantiam diligo, & alterum etiam ob sacrae purpurae honorem reuereor) mihi videtur à vero longe abesse, nec vlllo pacto cum iis, quae S. Greg. sequenti oratione scri-

Dies festus baptismi apud omnes Graecos idem erat. Oratio S. Gregorij in sancta lumina cur ita vocetur. ^a Dionys. Aetop. Eccle. hier. ch. cap de. bapt & Iust. Mar. orat. ad Anton. ^b Concil. Laod. can. 3. & 43. Cyril hier. pro catech. Timoth. Alexand. in resp. can. interrog. 1. & Simeon Metaphraf. de vit. S. Anastas. Paph. sa.

bit, cohære, nã in ea meminit celebritatis cui in sancta lumina titulum affixerat, & conueniens fuisse scribit, vt diem salutis suæ anniuersaria festiuitate recolerent, eiusque rei consuetudinem cum Gentilium moribus cõparat, qui singulis annis dies eos solenni memoria agitabant, quibus vel in lucem editi erant, vel nomen acceperant, quæ omnia diei quo quisque baptismo donabatur, optimè conueniunt. B. Virginis expiationi, aut baptismo Christi nequaquam, sed sancti Gregorij verba subiiciamus: *quoniam* (inquit orat. 40. in sanc. lauac.) *heri splendidam luminum diem celebrauimus, salutem enim nostram lætitia prosequi conueniebat, ac multo quidem magis, quã carnis amici dies eos quotannis celebrant, quibus vel nati, vel matrimonio iuncti sunt, vel nomen acceperunt, vel ceterè inter iuuenes censerè ceperunt vel locum aliquem primo incoluerunt, vel quacunque tandem alia de causa mortales festum diè agunt hodie de baptismo, ac beneficio hinc ad nos manere differemus.* Ex quibus verbis sequitur, baptisimi ferias sacris rebus, ac diuinis obeundis cõsecratas, in certum diem quotannis incidisse. Qui quinam fuerit, et si varij variè, nos propter rei incertum authorem, in medio relinquimus. Cæterum hæc consuetudo Gentilium moribus affinis erat, vt iam innuimus, non solum quia diem natalem festum agebãt quemadmodum S. Gregorius loco supra citato, & innumeri scriptores profani meminerunt: sed etiam quod eum ipsum, quo illis nomen inditum fuerat, in honore habebant,

quo spectat non modo eiusdem S. Gregorij
 authoritas mox allata, verum & illud Cice-
 ronis pronunciatum Philip. 13. *ego cum, ut,
 quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione
 cooptabo, nominationem pro die, quo nomen im-
 positum est, accipientis, & Tertulliani testi-
 monium lib. de Idolat. cap. 16. circa officia vero
 priuararum, & communium solemnitarum, ut toga
 ut sponsalium, ut nuptialium, nullum putem pe-
 riculum observari de statu Idolatria, quæ interue-
 nit: quod in hanc sententiam Iacobus Pame-
 lius, singularis doctrinæ vir, & præcipua eru-
 ditionis laude celebratus, exponit.*

*Baptizatos apud ministrum aliquandiu mansisse:
 ubi varius manendi terminus pro locorum
 varietate, aut baptizatorum in-
 digentia demonstratur.*

CAP. LIII.

Addamus nunc coronidis loco, multis in
 locis baptizatos octuaginta diebus a-
 pud ministrum permanisse, ut catholica fi-
 de, & Christianæ religionis præceptis ad ve-
 ram pietatem informarentur. Cuius ne qua
 dubitandi occasio relinquatur, argumenta
 adducam, quæ me in hanc sententiam impu-
 lerunt. Primo est apud Patres crebra Homi-
 liarum, Catecheseon, & Sermonum ad ba-
 ptizatos mentio, quæ licet certum huius in-
 stitutionis diem non inferat, tamen eam non

*baptizati
 pud mini-
 strum ma-
 nebant ho-
 diebus*

obscure innu. presertim quia constat, plurimos vno temporis ictu ad Christi fidem conuersos legit. de causa statim bapt. iuisse quos post bapt. fidei Christianae documētis instrit. & ad viam salutis, virtutūq; Christianarū disciplinā erudire, necesse fuit. Deinde in vita, & martyrio S. Patris Anastasij, quod Simeon Metaphrastes conscripsit, id vsu euenisse legimus, cum inquit: *diuinum baptismum assequitur & veneranda Crucis verè pulcher fructus ostenditur, & Anastasius nomine transmutato appellatur, cum autē mansisset Anastasius octuaginta dies apud presbyterum, quibus non licet egredi eos, qui modo fuerunt*

illuminati, rogauit eum diuinus Elias, quidnam de se deinceps velit, &c. Quo loco non solum Anastasij exemplo id comprobatur, sed etiam communis consuetudinis mentio fit, vt de ea dubitare nemini liceat. Verè tamen fateri, necesse est, apud ministrum manendi consuetudinem non eodem modo ab omnibus seruata fuisse, non nunquam enim solummodo quadraginta diebus manebant: vt est apud

Cyrillum monachum de vit. S. Euthy. Abbati quos cum quadraginta dies apud se detinuerit, & monuisset, pietatemque, ac religionem accurate docuisset, & omnibus modis ea firma, & stabil. avulsi didisset, quae pertinent ad salutem, eos dimittit in pace interdum etiam tantummodo septem cuius præclarum testimonium suppeditat idem Cyrillus monachus, qui in vit. eiusdem Euthym. Abbat. de Agerenorum baptismo loquens ait: cum eos illic baptizasset, & instruisset, & ex illo tempore septem dies cum eis esset versatus, &c. Cuius veritatis causa non tam

Quadoque
baptizati
ad mini-
strum ma-
nebant
solummo-
do quadra-
ginta die-
bus.

No ann-
quã bap-
tizi apud
ministrum
manebant
septem die-
bus.
Causa, cur
alij plus,
alij minus
apud mi-
nistrum
persiste-
rent,

ex locorum diuersitate, quam ex maiori, minorinē baptizatorum instructione petenda est, credere enim par est, qui catholicis dogmatibus imbuti erant, minus, qui vero Christiana institutione adhuc agebant, plus apud ministrū permāsisse: donec fidei rudimenta, diuinęque legis præcepta penitus animo imbibissent. Atque huius opinionis fundamentum eiusdem Cyrilli monachi autoritate nititur, qui alibi, quadraginta diebus, alibi, septem permansisse, tradidit: cum tamen utrobique de Agarenorum baptismo loqueretur. Verum, ut ad generalem apud ministrum aliquandiu manendi consuetudinem reuertantur, ea S. Ambrosii testimonio confirmari potest, qui in capite 4. Epistola ad Ephes. Christianorum mores cum Hebræorum ritibus comparans, manifeste docet, olim in Ecclesia certos homines constitutos fuisse, qui recens baptizatis Christianę doctrinę initia explicarent, quemadmodum eius verba significant, *magistri vero exorcistę sunt, quia in Ecclesia ipsi compeſcunt, & verberant inquietos, sicut mos Iudæorum est: quorum traditio ad nos transitum fecit.* Ibi enim certum est, infantis nomen pro recens baptizato vsurpari: sicut antea sæpe meminimus: nec quisquam dubitat, quin Hebræorum consuetudo fuerit, suos filios, cum ætatem rationis, atque intelligentiæ capacem attigissent, certis doctoribus tradēdi. quod collectis iā ad eam rē testimoniis cōprobare erat animus, sed, ne Christianę

Certi hominis in Ecclesia constituti, qui recens baptizatos erudirent. Infans, id est, recens baptizatus Hebræi suos filios certis doctoribus tradebant.

cū Hebræis miscerentur, malui in aliud tēpus differre, editurus aliquando, fauente numine librum de Hebræorum ritibus peculiarem.

Quare in proposito argumento persistens, aliud admonebo, breui hanc consuetudinem obsoleuisse, non ob aliud, (reor) quam quia nostro Gentilium odio, & pace Ecclesiæ restituta, fidei dogmata publicè in Ecclesia, quā priuatim domi explicare, commodius est visum.

Consuetudo ma ē di apud mi nistrum cur & quando sublatā.

FINIS.